CODEX DIPLOMATICUS
REGNI
CROATIAE, DALMATIAE ET SLAVONIAE

EDIDIT
ACADEMIA SCIENTIARUM ET ARTIUM SLAVORUM MERIDIONALIUM

VOLUMEN I
DIPLOMATA ANNORUM 743.–1100. CONTINENS

REDEGIT
MARKO KOSTRENČIĆ

COLLEGERUNT ET DIGESSERUNT
JAKOV STIPIŠIĆ ET MILJEN ŠAMŠALOVIĆ

ZAGRABIAE
TYPIS EXSCRIPSIT »IZDAVAČKI ZAVOD JUGOSLAVENSKE AKADEMIJE ZNANOSTI I UMJETNOSTI«
1967.

DIPLOMATIČKI ZBORNIK
KRALJEVINE
HRVATSKE, DALMACIJE I SLAVONIJE

IZDALA
JUGOSLAVENSKA AKADEMIJA ZNANOSTI I UMJETNOSTI

SVEZAK I
LISTINE GODINA 743–1100.

UREDIO
MARKO KOSTRENČIĆ

SAKUPILI I OBRADILI
JAKOV STIPIŠIĆ I MILJEN ŠAMŠALOVIĆ

ZAGREB
TISKARA IZDAVAČKOG ZAVODA JUGOSLAVENSKE AKADEMIJE ZNANOSTI I UMJETNOSTI
1967.

1.

743, 16. svibnja. U Rimu.

Papa Zakarija podjeljuje dubrovačkom nadbiskupu Andriji palij i daje mu prigodna uputstva o njegovim dužnostima.

Perg. 180×675. Pismo: karolina.

Drž. arh. u Dubrovniku: Bečka skupina br. 1.

Cod. dipl. CSD I, 35. Pflugk-Harttung: Acta pont. inedita II, 21. Radonić: Dubrovačka akta i povelje I/1, 1.

Isprava je datirana prema XI indikciji, koja odgovara 743. godini. Zaharija je bio papa 741.–752.

Najstariji spomen ove isprave nalazi se u ispravi Pape Kaliksta II iz g. 1120. (CD II, 33). U jednom notarskom aktu od 11. X 1251. (CD IV, 460), gdje se nabrajaju privilegiji dubrovačke nadbiskupije, spominje se i ovaj Zaharijin nakon svih ostalih nabrojenih po kronološkom redu i za nj se veli da je to »exemplar brevilegii pape Zaharie«. *U promemoriji od 3. II 1255. (CD IV, 590) prokurator dubrovačkog nadbiskupa brani prvenstvo svoje crkve pred barskom nadbiskupijom baš na temelju ovog dokumenta navodeći da je original uzeo Stevan Nemanja kada je provalio u Dubrovnik i opljačkao crkvu (1185. g.).*

Thallóczy-Jireček-Šufflay, Acta et diplomata Albaniae I, 11–12 i D. Gruber, O dukljansko-barskoj i dubrovačkoj nadbiskupiji do polovice XIII stoljeća, Vjesnik zemaljskog arhiva XIV 1912, str. 24–26, smatraju ovu ispravu falsifikatom.

Po obliku i tekstu ova se isprava stvarno može smatrati sumnjivom te da je učinjena po uzoru na ispravu pape Benedikta VIII iz 1022. g. (br. 44). Međutim, nije isključeno da je papa Zaharija ipak izdao sličan privilegij dubrovačkom biskupu i da je taj prigodom provale Stevana Nemanje nestao. V. Foretić, Ugovor Dubrovnika sa srpskim velikim županom Stefanom Nemanjom i stara dubrovačka djedina, Rad JAZU 283, str. 59–62.).

Zacharias episcopus, seruus seruorum dei. Dilecto in Christo filio Andree, archiepiscopo sanctę Pitauritanę ecclesie. Constituimus te omnibus uitę tuę esse pastorem te et successores tuos super istam prouinciam. In primis Zachulmię regno et regno Seruulię Tribunieque regno, ciuitati namque Catarinensi seu Rose atque Buduanensi, Auarorum, Liciniatensi atque Scodrinensi nec non Driuastinensi atque Polatensi cum ecclesiis

atque parochiis eorum. Si pastores ouium sole geluque pro gregi (!) sui custodia die ac nocte contenti sunt, ut ne qua ex eis aut errando pereat aut ferinis laniata morsibus rapiatur oculis semper uigilantibus, quanto sudore quantaque cura debemus esse peruigiles nos, qui pastores animarum dicimur. Adtendamus et subiectum officium exibere erga custodiam dominicarum ouium non cessemus, ne in die diuini examinis pro desidia nostra ante summum pastorem neglegentię nos reatus excruciet, unde modo honoris reuerentię sublimiores inter ceteros uideamur.[1] Palleum autem ex more ad missarum sollemnia celebranda diebus uitę tuę tantummodo tibi concedimus more prędecessorum tuorum consecrationem uero tuorum successorum nobis nostrisque successoribus in perpetuum reseruantes. Quod palleum non aliter utendum tibi concedimus nisi solummodo in die sancte resurrectionis Iesu Christi domini nostri siue asscensionis et pentecoste seu in nataliciis sanctorum apostolorum et beati Iohannis Baptiste nec non et in assumptione beate Marie simulque in domini nostri Iesu Christi natiuitate et in die ordinationis tue, uerum etiam in suffraganeorum tuorum ordinatione sicuti a beato Gregorio, predecessore nostro, huius alme sedis presule, sancitum est, in secretario induere tua fraternitas debet et sic ad missarum sollemnia proficisci. Et nichil tibi amplius liceat ausu temerarię pręsumptionis arrogare, quam decessores precessoresque tuos usos esse incognitum non habes, ne, dum in exteriori habitu inordinate aliquid arripiatur, ordinate etiam quę licere poterant, ammitantur. Hortamur namque, ut morum tuorum ornamenta huic conueniant, quoniam huius indumenti honor modesta actuum uiuacitate seruanda sunt, quatenus auctore deo recte utrobique possis esse conspicuus. Itaque uia tua filiis tuis sit regula, in ipsa, si qua rectitudo illis iniecta est, dirigant, in ea, quod imitentur, aspiciant, in ipsa semper considerando proficiant, ut tuum uideatur post deum esse bene, quod uixerint. Cor ergo neque prospera, quę temporaliter blandiuntur, extollant, neque aduersa deiciant, sed quidquid illud fuerit, uirtute patientię deuincatur. Nullum apud te locum odio, nullum fauor indiscretus inueniat, districtum te mali cognoscant; insontem apud te culpauilem (!) suggestio mala non faciat; nocentem gratia non excuset; remissum te deliquentibus non ostendas, ne, quod ultum non fuerit, perpetrari permittas. Sit in te et bonis (!) pastoris dulcedo, sit et iudicis seuera districtio: unum scilicet, quod innocentem uiuentem foueat, aliud, quod inquietos arguendos a prauitate compescat. Sed quoniam nonnumquam prepositorum zelus, dum districtus malorum uult uindex existere, transit in crudelitate correctio, iram in iudicio refrena et censura disciplinę sic utere, ut culpam ferias et a dilectione personarum, quas corrigis, non recedas. Misericordem te, prout uirtus patitur, in omnibus exibe. Oppressos defensos (!) tua iuste subueniat, opprimentibus modestiue ratio contradicat. Nullius faciem contra iustitiam accipias, nullum querentem iustitiam despicias. Custodia in te equitatis excellat, ut nec diuitem potentia sua aliquid apud uos extra uiam suadeat rationis audere, nec pauperes sua faciat humilitas desperare, quatenus deo miserante talis possis existere, qualem sacra lectio precipit dicens: »Opportet episcopum irreprehensibilem esse«. Sed his omnibus

uti salubriter poteris, si magistram karitatem habueris, qua qui sectatus fuerit, a recto tramite non recedit. Ecce, frater karissime, inter multa alia ista sunt sacerdotii, ista sunt pallii, quę si studiose seruaueris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Fidem autem in tuis epistolis breuiter ascripsisti, litterario explanare debuerat. Redemptori tamen gratias agimus, quod etiam in ipsa breuitate esse cognouimus rectam. Sancta trinitas fraternitatem uestram sue protectionis circumdet atque in timoris sui uia nos dirigat, ut post uitę huius amaritudinem ad ęternam simul dulcedinem peruenire mereamur.

Scriptum per manum Theodori diaconi, sacri palatii scriniarii.

BENE VALETE.

Data XVII Kalendas Iunii per manus Theophilacti, archidiaconi sancte apostolice sedis. Anno Zacharie beatissimo II pape (!), indictione XI.

[1] U ispravi pape Benedikta VIII stoji »*iudicamur*«.

2.

Oko 839.

Vojvoda Mislav poklanja crkvi sv. Jurja u Putalju posjede u Lažanima i Tugarima kao i desetinu prihoda s njegovog posjeda u Klisu.

Ovo se darovanje spominje u ispravi vojvode Trpimira od 4. III 852. (br. 3.). Vojvoda Mislav se spominje u Kronici Ivana Đakona 839. godine. (G. Monticolo: Cronache Veneziane antichissime, Roma 1890., p. 113).

[1] Ime ovog vojvode u prijepisu Trpimirove isprave iz Kaštel Sućurca glasi »*Oyslaus*«, dok u ostalim prijepisima »*Mislaus*« (v. br. 3., bilješka 38 i 55). U Kronici Ivana Đakona to ime glasi »*Muisclavus*«.

3.

852, 4. ožujka. U Bihaćima.

Vojvoda Trpimir poklanja solinskoj nadbiskupiji crkvu i samostan sv. Jurja u Putalju zajedno s nekim posjedima za uzvrat što mu je nadbiskup Petar pribavio srebro za crkveno posuđe.

Danas postoji pet prijepisa ove isprave.

a) Najstariji sačuvani prijepis iz g. 1568. nalazi se u župnom uredu Kaštel Šućurca. Perg. 635×380 s ostacima utisnutog pečata splitskog gradskog kneza i notarskim znakom Danijela Terzagusa. Na poleđini regest. Uza sve to što je najstariji, ovdje ga ne donosimo kao osnovni tekst, jer obiluje daleko krupnijim pogreškama nego ostali prijepisi.[1]

b) Prijepis u Biskupskom arhivu u Splitu. Kartular splitske kurije s oznakom B (današnja signatura br. 29) koji nosi naslov: »1620. 21. Octobr. Mons. Illmo di Spalato contra Villici di Suzuraz«, fol. 1.[2]

c) Prijepis u Biskupskom arhivu u Splitu (današnja signatura br. 20) u trećem svesku isprava koje je dao prepisati nadbiskup Sforza Ponzoni (1616–1641.), fol. 1–5v. Svezak ima natpis iz kasnijeg vremena: »Donazione del re Terpimiro 1333.« Godina 1333. ukazuje na to da je ovaj prijepis učinjen po svoj prilici prema nestalom kartularu nadbiskupa Luccarija iz te godine. Farlati daje naslov ovom svesku: »Donationes principum«.

d) Prijepis u Biskupskom arhivu u Splitu (današnja signatura br. 25). Osmi svezak isprava koje je dao prepisati nadbiskup Sforza Ponzoni, a nosi naslov: »Varia de bonis archiepiscopatus«, *fol. 25–27v.*[3]

e) Prijepis u Arhivu kaptola u Splitu, (nr. 538, ser. B). Vlastoručni ispisi Ivana Lucića (Lucius), šesti svezak, fol. 1–4v.[3]

Prema prijepisu c ovu su ispravu izdali Lucius: De regno Dalm. et Croat., lib. II, c. 2, p. 61;[4] *Farlati: Illyr. sacr. III, 51;*[5] *Kukuljević: Iura regni Croat., Dalm. et Slav. I, 3; Cod. dipl. CSD I, 45. Rački: Doc. br. 2 donosi tekst s vlastitim ispravcima.*

Ovdje donosima također tekst prema prijepisu c koji ima najmanje očitih pogrešaka. Varijante ostalih prijepisa donosimo u bilješkama ispod teksta.

Farlati i Kukuljević (isp. i Kukuljevićevu raspravu: »U koju godinu pada darovna listina Trpimirova«, Arkiv za povjestnicu Jugoslavensku XI, str. 207) smatraju da se indikcija XV odnosi na godinu 837; dok Lucius datira ispravu sa 838. godinom, što zbog indikcije ne može biti. Rački ispravlja mišljenje Kukuljevića i Farlatija (Rad JAZU XVII, str. 201–204) zato što Lotar vlada kao »Francorum rex« *tek od 840. g. i što godine 837. prema pisanju Ivana Đakona vlada u Hrvatskoj Mislav. Prema tome indikcija XV može se odnositi samo na 852. godinu.*

Opširnu paleografsko-diplomatičku analizu s pokušajem rekonstrukcije prvotnog teksta dao je M. Barada: Dvije naše vladarske isprave, Croatia sacra 7, str. 1–96 Isp. još L. Katić: Prijepisi dviju najstarijih povelja iz hrvatske povijesti, Vjesnik za arh. i hist. Dalm. LI, str. 101–124 i M. Kostrenčić: Nacrt historije hrv. države i hrv. prava, Zagreb 1956., str. 115–117. D. Švob u raspravi: Krivotvorine o svetom Jurju Putaljskom, Vjesnik hrv. arh. društva, NS XVII, str. 195–207 smatra ovu ispravu falsifikatom XIV stoljeća navodeći za svoje tvrdnje neuvjerljive argumente i proizvoljne pretpostavke.

In nomine patris et filii et spiritus sancti.[6] Regnante in Italia piissimo Lothario,[7] Francorum rege,[8] per indictionem XV sub die IIII Nonis Martii.[9] Dum mundi ab origine cuncta per tempora facta mansisse delabisseque[10] succedentibus alia alternis[11] simet oculis perspicimus mentis et manus fidei palpamus, nihil corporeis membris uidere, audire aliud ualemus, nisi ea, quę pręsentantur et scripturarum auditio obtutibus pandet. Unde ego, licet peccator, Tirpimir,[12] dux Chroatorum, iuuatus munere diuino incertus de die nouissimo et hora, quam[13] nescit[14] homo, solicitus nimis animę meę commune consilium meis cum omnibus zuppanis[15] construxi monasterium ibique cateruas fratrum adhibui, quorum sedulis uotis et frequens oratio nos immunes redderet[16] deo[17] peccatis, in hanc adiecit

mens nostra, eiusdem monasterii ecclesię aliquid in utensilibus pręparare. Cum autem non sufficeret in argento ipsa uasa perficiendum, accomodauit nobis Petrus, Salonitanę ecclesie archiepiscopus et dilectus compater, undecim libras argenteas. Hac de re ei diximus[18] hylari[19] animo dare: Quod[20] uis et nôn denegamus charitati[21] uestre. Quibus ipse respondit: Volo, domine et compater, ut primum quicquid proprio emi precio uel quod donatum est immobilibus[22] uel[23] mobilibus in sancta matre ecclesia id est[24] in Lazani et Tugari[25] cum seruis et ancillis[26] Stepus,[27] Sagoleo,[28] Chortino[29] presentia claritatis uestre per paginulam priuilegium[30] sancte Salonitane ecclesie dicte mancipata in aeternum permaneant ac deinde, ut in fatam matrem ecclesiam,[31] quę metropolis usque ripam[32] Danubii et pene per totum regnum Chroatorum, et pro remedio anime nostrę,[33] parentum uel[34] fidelium uestrorum[35] et per[36] commodatum argentum[37] detis ecclesie beati Georgii in loco, qui dicitur Putalio, omnia que obtinet possessionum, seruos quidem et ancillas, que Mislauo[38] duce ipsam[39] ecclesiam,[40] cum dedicata uidetur[41] et ab ipso supradicto duce[42] donis ditatam[43] simili modo et priuilegii censura. Hęc quidem donatio a uobis[44] firmetur[45] enixe deposcimus.« Taliter et[46] suggestioni[47] placiti data ad sensum spopondimus et iure mansuris rebus priuilegium fieri presentem nostram deliberationem precepimus videlicet ita dumtaxat, ut empta precio infra terminis nostris in locis memoratis sempiterna donatione possideat dicta iam sancta ecclesia a nemine infestante. Tandem uero prefatam ecclesiam[48] de regali territorio ab orientali tam occidentali parte a rupe montis usque ad mare, ab utroque latere terminos cum lapideis et ferro signatis, infra quos terminos nullius adiacet territorium, nos diligenter condonamus et hoc in augumentum[49] sanctę Salonitanę ecclesię proferentes firmamus, et[50] ut singulis annis de omnibus nascentibus[51] terre ex curte[52] nostra, que Clisa[53] dicitur, decime[54] inferrantur in memoratam ecclesiam, quas decimas antecessor noster Mislauus[55] dare cepit. Si quis[56] vero de superscriptis[57] quicquid deo[58] inspirante amore sanctorum inflamati deuoto pectore optulimus, concessimus et in posterum inconuulsa,[59] firmata manere censuimus, in cenobium sanctorum martirum Domnii, Anastasii, Cosme et Damiani, ut, si quis diripere uel subtrahere aut per uim opponere tentauerit, iram domini et[60] salvatoris et sanctorum omnium maledictionem quidem CCC patrum et octodenos[61] uinculo insolubili anathemate maranatha[62] denodetur,[63] diuidatur et euellatur diuino iuditio a gnognatione (!)[64] et patria, uxore et filiis, quis separare donationem nostram temerarie et sanctam matrem ecclesiam[65] iam factam[66] presumpserit. Fouetur[67] itaque hic litigantibus cum eo vicariis sanctis religiosorum subsistentium principum gratia tam nefandum faciens, quisquis ille defunctorum obliuioni dans et lumen animarum eorum extinguens et in nouissimo die magni examinis cum diabolo et eius tetre[68] angeli[69] et Iuda[70] Scarioten,[71] Christi proditore, in gehenna[72] baratri muneretur,[73] ubi ignis numquam[74] extinguitur et vermes[75] impiorum non moriuntur.[76] Actum in loco, qui dicitur Byaci,[77] tempore nuperfato[78] et testium notitia, presentia, commune[79] voto et voluntate corroboratum. Signum manu meque ipso[80] Tirpimiro[81] duce, huius rei concessore et auctore.[82]

Signum manu Comiciai[83] iuppani testis.[84] Signum manu[85] Pretilia[86] iuppani.[87] Signum manu Nemustlo iuppani testis. Signum manu Zarsata[88] iuppani testis. Signum manu Ludovico[89] iuppani testis.[90] Signum manu Ozanulo[91] cum fratre. Signum manu Negutia[92] cameraro testis. Signum manu Zulo testis. Signum manu Potecario[93] testis. Signum manu Zutimustlo.[94] Signum manu Damai[95] testis. Signum manu Dommico[96] presbytero capellano testis. Cypriano presbytero capellano testis. Ego Martinus presbyter capellanus preceptione[97] domini mei ducis[98] memorati rogatus scripsi[99] et manu propria opus compleui, signum manu feci. Hęc sunt nomina seruorum de Masaro[100] pertinentes eos in sancta matre ecclesia beati Domnii. Scitote nomina[101] eorum. Sunt inprimis: Carento,[102] Postellio,[103] Nasezaii, Damaiai,[104] Ybena,[105] Trubuza.[106] Istis cum suas feminas.[107] Ceteri vero septem, quorum nomina sunt: Liutamiro,[108] Strehemilo,[109] Nedamustlo, Tesina, Liuteciai,[110] Ceustizo.[111]

[1] Ovaj prijepis ima iza teksta u lijevom uglu »Divi Marci signum« i slijedeće notarske potvrde:

»*Ego Aloysius Zambertus clarissimorum dominorum syndicorum Dalmatiae seccretarius (!) auscultaui cum quodam catastico in membranis et conuenire inueni et ideo in fidem me suscripsci (!) et sigillaui, qui catasticus fuit praesentatus in officio syndicatus per reuerendum dominum presbiterum Gasparum Hormaneum, vicarium Spalati.* (Notarski znak). *Ego Daniel Terzagus, domini Ludouici filius, nobilis Almissiensis, publicus apostolica auctoritate notarius et de praesenti cancellariae praetoriae Spalati coadiutor, praesens exemplum ex alio exemplo in papiro scripto, prout stat et iacet, fideliter extraxi et in fidem me subscripsci (!) signo mei tabellionatus consueto apposito. – Nos Franciscus Gritti, pro serenissimo ducali dominio Venetiarum etc. comes et capitaneus Spalati et eius districtus, vniversis et singulis praesentes nostras inspecturis fidem facimus et attestamur dominum Danielem Terzagum suprascriptum esse publicum notarium et, affirmat, exemplasse praemissa ex copia autentica, prout stat et iacet, cuius scripturis publicis ubique locorum fides adhiberi debet, in quorum fidem (etc.) Spalati die XVI ianuarii MDLXVIII. – Iulianus Bellus Iustinopolitanus, cancellarius praetorius de mandato.*« – [2] Prijepisi *b, c, d* i *e* imaju pred tekstom isprave ovu bilješku:

»*Hoc exemplum est sumptum siue transcriptum ex quodam montaneo antiquissimo ecclesiae et archiepiscopatus Spalatensis, in quo sunt quamplura priuilegia papalia ac regalia ac alia iura dictae ecclesiae et archiepiscopatus antiquitus scripta. Cuius tenor per omnia talis est.*« – Prijepis *b* nema potvrde notara. – [3] Prijepisi *d* i *e* imaju iste ovjere notara kao i prijepis *c* (v. bilj. 111). – [4] Lucius kaže da je ovaj tekst uzeo »*ex registro privilegiorum archiepiscopatus Spalatensis*«, što bi po Baradinom mišljenju imao biti III svezak Ponzonijeve zbirke (o.c. str. 3). Treba naglasiti da se ovaj Lucijev štampani tekst razlikuje kako od teksta Ponzonijeve zbirke (prijepis *c*) tako i od teksta Lucijeva autografa (prijepis *e*). – [5] Farlati donosi tekst ovjere notara kao prijepis *c* (v. bilj 111). – [6] Prijepis *a:* »*spiritusque sancti*«. – [7] Prijepisi *a* i *d:* »*Lotario*«. – [8] Prijepis *a:* »*rege Franchorum*«. – [9] Prijepis *a:* »*sub die quarta Nonarum Martium*«, *prijepis b:* »*sub die IIII mensis martii*«. – [10] Prijepis *a:* »*dilabisseque*«. – [11] *e:* »*alia altissimi*«. – [12] *a:* »*Aprimirus*«. Ovo čitanje moglo je nastati zbog sličnosti beneventanskih slova »a« i »t«, prema čemu bi se moglo zaključiti da je jedan od predložaka isprave bio pisan beneventanskim pismom. Prijepis *b:* »*Tripimir*«. – [13] *d:* »*qua*«. – [14] *a:* »*nesit*«. [15] *a:* »*iuppanis*« – [16] *b:* »*redderent*«. – [17] *a:* »*domino*«. – [18] *b* i *d:* »*duximus*«. – [19] *a:* »*illari*«, *b:* »*ylari*«, *d:* »*hilari*«. – [20] *d* i *e:* »*quiduis*«. – [21] *a:* »*caritati*«, *b:* »*cariti*«. – [22] *e:* »*in immobilibus*«. – [23] *b:* »*eccae*« – nejasna grafija; možda je pisar mislio napisati »*ecclesiae*«. *e:* »*et*«. – [24] Mjesto »id est« prijepis *a* ima »idem«. – [25] *a:* »Agari«. Ovo čitanje je moglo nastati također zamjenom beneventanskih slova »a« i »t« (v. bilj. 12). – [26] *a:* »*cum seruis suis et ancillas*«. – [27] Svi ostali prijepisi: »*Nepus*«. – [28] *a: Cagolco*«, *b:* »*Sagolleo*«. – [29] *a:* »*Cortino*«. – [30] *e:* »*privilegialem*«. – [31] *a:* »*in fata matre ecclesia*«. – [32] *a:* »*ad ripam*«. – [33] *d* i *e:* »*vestre*«. –

[34] *a:* »*et*«. – [35] *b:* »*vel filiorum nostrorum*«. – [36] *a:* »*pro*«. – [37] *a* i *b:* »*commodatum memoratum argentum*«. – [38] *a:* »*Oyslauo*«. – [39] *a:* »*ipsa*«. – [40] *a:* »*ecclesiae*«. – [41] *a:* »*videatur*«. – [42] *d:* »*ipso duce*«. – [43] *a:* »*dicatam*«. – [44] Prijepis *a* ima samo »*vobis*«. – [45]*a:* »*firmiter*«. – [46] *d:* »*ea*«. I ovo čitanje upućuje na beneventanski predložak. – [47] *a:* »*suggesioni*«. – [48] *a:* »*prefata ecclesia et*«. – [49] *e:* »*augmento*«. – [50] Ostali prijepisi nemaju »*et*«. – [51] Ostali prijepisi: »*de omnia nascentia*«. – [52] *a:* »*excurrat*«. – [53] *b* i *d:* »*Clusa*«, *e:* »*Clusan*«. – [54] *b:* »*decimae*«. – [55] *a:* »*Oyslauus*«. – [56] *a:* »*quisquis*«. – [57] *a:* »*suprascriptis*«. – [58] *a:* »*domino*«. – [59] *a:* »*inconculsa*«. – [60] *d* i *e* nemaju »*et*«. – [61] *e:* »*CCCXVIII patrum*«. – [62] *a:* »*maranata*«. – [63] *b:* »*denotetur*«. – [64] *a:* »*iuditio a cognatione*«, *b:* »*iudicio agnitione*«. – [65] Prijepis *a* nema »*et*«. *d* glasi: »*a sanctam matrem ecclesiam*«, *e:* »*a sancta matre ecclesia*«. – [66] *a:* »*iam facta*«. – [67] *a:* »*priuetur*«. – [68] *a:* »*tebr . . .*«, *e:* »*tetr.*« – [69] *e:* »*angelis*«. – [70] *a:* »*Iude*«. – [71] *b* i *e:* »*Scariote*«. – [72] *a:* »*genna*«. – [73] *a:* »*munerentur*«. – [74] *a:* »*non*«. – [75] *a:* »*uermis*«. – [76] *a:* »*moritur*«. – [77] *a:* »*Biaci*«. – [78] *a* i *b:* »*nuper facto*«. – [79] *e:* »*communi*«. – [80] *a:* »*propria*«. – [81] *a:* »*Tripimiro*«, *b* i *d* »*Tyrpimiro*«. – [82] *a:* »*autthore*«. – [83] *a:* »*Semiceti*«, *b:* »*Tomiciae*« (ovdje je isti pisar popravio početno slovo C u T). – [84] *a:* »*testes*«. – [85] *a:* »*mei*«, tako i u daljnjem tekstu. – [86] *a:* »*Precilis*«. – [87] *a:* »*iuppano*«. – [88] *a:* »*Zassota*«. – [89] *a:* »*Beudoicito*«, *b:* »*Lidovito*«. – [90] U ostalim prijepisima ovdje dolazi: »*Signum mei Butiliti iuppano testis*« (prijepis *a*), »*Signum manu Butilia*« (prijepis *b*), »*Buaallia*« (prijepis *d*), »*Butilie*« (prijepis *e*). – [91] *a:* »*Ozamilo*«. – [92] *a:* »*Negucis*«. – [93] *a:* »*Potecarco*«, *b:* »*Potecarico*«, *e:* »*Potecano*«. – [94] *b* i *e:* »*Zatimustlo*«. – [95] *a:* »*Damnaoi*«, *b:* »*Damiani*«. – [96] *b:* »*Dominico*«. – [97] *a:* »*predepcione*«. – [98] *a:* »*duci*«. – [99] *a:* »*scripsci*«. – [100] Ovdje prestaje tekst prijepisa *b*. – [101] *a:* »*numero*«, *e:* »*numerum*«. – [102] *a:* »*Garecito*«. – [103] *a:* »*Poslellico*«. – [104] *a:* »*Damariti*«, *d* i *e:* »*Damaciai*«. – [105] *a:* »*Ybono*«, *d* i *e:* *Ylena*«. – [106] *d* i *e:* »*Trubaza*«. – [107] *a:* »*suas familias*«, *e:* »*suis feminis*«. – [108] *a:* »*Licitamiro*«. – [109] *a:* »*Stroliemilo*«. – [110] *a:* »*Leutecili*«. – [111] *a:* »*Censlizo*«.

Prijepisi *c*, *d* i *e* imaju iza teksta slijedeće notarske potvrde:

»*Ego Bonacursius quondam Primiparentis de Florentia, imperiali auctoritate notarius et nunc comunis Spalatensis iuratus, hoc exemplum suprascriptum ab autentico montano coram reuerendissimo in Christo patre et domino domino Dominico, dei et apostolice sedis gratia dignissimo archiepiscopo Spalatensi, una cum infrascriptis Benedicto Ioannis, Stephano Desiderati et Lucano primicerio notario diligenter et fideliter auscultaui et quia utraque concordare inueni, ut eidem exemplo adhibeatur de cetero plena fides de dicti domini archiepiscopi licentia et mandato me in testem subscripsi meoque consueto signo signaui et roboraui. – Et ego Benedictus Ioannis, imperiali auctoritate notarius, hoc exemplum sumptum ab autentico montano coram reuerendissimo in Christo patre et domino Dominico, dei et apostolice sedis gratia dignissimo archiepiscopo Spalatensi, una cum suprascripto Bonacursio et infrascriptis Stephano Desiderato et Lucano primicerio notario diligenter et fideliter auscultaui et, quia utrumque concordare inueni, ut eidem exemplo adhibeatur de cetero plena fides de dicti domini archiepiscopi licentia et mandato me in testem subscripsi meoque consueto signo signaui et roboraui. – Ego Stephanus quondam Desiderati de Franchino de Taruisio, publica imperiali auctoritate notarius et nunc egregii uiri domini Iacobi Gradenico, comitis honorabilis Spalati, hoc exemplum sumptum ab autentico montano predicto coram reuerendissimo in Christo patre et domino domino Dominico, dei gratia archiepiscopo dignissimo Spalatensi, una cum supradictis Bonacursio et Benedicto notario et infrascripto Lucano primicerio notario diligenter et fideliter me in testem subscripsi meoque consueto signo signaui et roboraui. – Et ego Lucanus Bertani, ecclesie Spalatensis primicerius, imperiali auctoritate notarius et reuerendissimi in Christo patris et domini domini Dominici, dei et apostolice sedis gratia archiepiscopi Spalatensis, iuratus notarius, hoc presens exemplum per me dictum notarium scriptum, ut in dicto principali montaneo inueni, ita hic fideliter et per ordinem transcripsi et exemplaui nil addens uel minuens fraudulenter, quod sensum mutet aut uariet intellectum preter forte punctum, litteram aut syllabam per errorem et una cum predictis Bonacurso, Benedicto et Stephano notario coram predicto domino archiepiscopo presentibus venerabili in Christo patre fratre Luca, dei gratia episcopo Farensi, fratre Matheo ordinis sancti Benedicti, abbatis monasterii sancti Stephani Spalatensis diecesis, et Dessa archidiacono Spalatensi, testibus fideliter ac diligenter auscultaui, et quia concondare inueni, cum ipso principali ex man-*

dato et auctoritate ipsius domini archiepiscopi in publicam formam redegi signoque meo consueto signaui et ad maius robur omnium predictorum supradicti domini archiepiscopus et episcopus suorum sigillorum et abbas sigillo sui conuentus et archidiaconus dictus sigillo sui capituli iusserunt appensione communiri hoc presens exemplum anno domini MCCCXXXIII, indictione prima, die penultimo mensis maii, pontificatus sanctissimi patris et domini Ioannis pape XXII anno XVII et tempore supradicti domini archiepiscopi Spalatensis.«

4.

858–867.

Papa Nikola I piše ninskom kleru da se crkva ne smije osnovati bez dozvole apostolske stolice.[1]

Decretum Gratiani, P. III, Dist. I, c. 8.

Friedberg: Corpus iuris canonici I, Lipsiae MDCCCLXXIX, 1296. Cod. dipl. CSD I, 199. Rački: Doc. br. 144.

Ovaj se fragment može datirati samo prema vladanju pape Nikole I.

Nykolaus papa clero et plebi Nonensis ecclesiae.[2]
Ecclesia, id est catholicorum collectio, quomodo sine apostolicae sedis instituetur nutu, quando iuxta sacra decreta nec ipsa debet absque preceptione papae basilica nouiter construi, que ipsam catholicorum intra semet amplecti cateruam dinoscitur?

[1] Šišić (Priručnik, str. 190 i 199) smatra da je ninska biskupija postojala još i prije, što se vidi iz Trpimirove darovnice. Za papin prigovor kaže da nije jasan, jer je nepotpun došao do nas. Perojević (Ninski biskup Teodozije, I prilog Vjesniku za arh. i hist. dalmat. br. XLV, str. 6) drži da se prigovor papin odnosi na samovoljni izbor ninskog biskupa. – [2] Prema Friedbergu l. c. t. zv. Editio Romana Gracijanovog dekreta ima naslov: »*Electo et clero Nonensi*«. Rački ima naslov: »*Nicolaus papa electo et clero Nonensis ecclesiae*«.

5.

Između kraja prosinca 872. i svibnja 873.

Fragment pisma pape Ivana VIII vojvodi Domagoju o tome kako je bugarska crkva potpala pod utjecaj carigradskog patrijarha Ignacija.

Prijepis u kodeksu XII stoljeća.

British Museum u Londonu, nr. 8873 (additional msc).

Miklošić-Rački: Novo nađeni spomenici iz IX i XI vieka za panonsko-moravsku, bugarsku i hrvatsku poviest, Starine JAZU XII, str. 212, br. 2 (prema P. Ewald: Die Papstbriefe der britischen Sammlung, Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichte, Bd. V). Mon. Germ. hist. Epp. VII, 278.

Ivan VIII postao je papom u drugoj polovici prosinca 872. god. i vrlo je vjerojatno da je ovo pismo napisano prvih mjeseci vladanja (v. Šišić: Povijest Hrvata, str. 353).

Domagoi.[1]

Ad mentem reducimus, qualiter Greca falsitas Bulgarorum nobis iure pertinentem patriam per Ignatium, quam nos recuperaveramus, occupare non timuit. Qui frequenter ob hoc excommunicatus non solum non quievit, verum etiam illuc quemdam scismaticum sub nomine archiepiscopi destinavit.

[1] Rački dodaje: »*(duci Sclavorum)*«.

6.

873/75.

Papa Ivan VIII javlja (solinskom?) kleru da je neke svećenike koji su usprkos ekskomunikaciji vršili službu Božju kaznio crkvenom kaznom.

Decretum Gratiani, P. II, C. XI, qu. III, c. 109.

Friedberg: Corpus iuris canonici I, Lipsiae MDCCCLXXIX, 675. Rački: Doc. br. 146.

Ovo pismo nalazi se u registru pape Ivana VIII (Bibliotheca Apostolica Vaticana, Reg. Vat. I) i u Decretum Ivonis XIV, c. 35 (v. Friedberg l. c., n. 1178), gdje se veli da je pismo upućeno »clero et ordini Salernitano«. »Clero et ordini Salonitano« stoji u četiri razna rukopisa Gracijanova dekreta, pa Friedberg u svom izdanju prihvaća taj naslov. Rački smatra da to pitanje nije jasno, ali ipak donosi ovo pismo u svom izdanju.[1]

Prema ostalim pismima Ivana VIII u navedenom registru ovo se pismo može datirati gore navedenom godinom.

Clero et ordini Salonitano.

De illis presbiteris, qui tempore sanctissimi predecessoris nostri domini papae Nicolai excommunicati sacrum ministerium contingere presumpserunt, ipsi in se dampnationis, sicut canones statuunt, sententiam intulerunt. Tamen, quia miseratio apostolica ueniam solet prestare correctis, ob multitudinem misericordiae illis hanc indulgentiam exhibemus, ut, sancta communione saginati,[2] studeant tribus annis continuis per ebdomadam omni secunda et sexta feria a uino et a carne penitus ieiunare, et ultra lugenda nequaquam committere.

[1] Rački (Doc. br. 145) donosi pismo pape Nikole I (a. 858.–867.), u kojem se govori da ne treba rastaviti ženu od muža ako je ova bila krsna kuma svom pastorku. S obzirom da dva rukopisa imaju naslov »*episcopo Salamino*«, a samo Gracijanov de-

kret ima »*Salonitano episcopo*« (Friedberg, o.c., 1097), ne donosimo ovdje to pismo, koje također i Šišić izostavlja u svom Priručniku. [2] Rački netočno ispravlja u »*signati*«. Isti izraz »*communione nostra saginatum*« nalazi se u pismu pape Ivana VIII koje slijedi (br. 7).

7.

Između 874. i početka 875.

Papa Ivan VII piše hrvatskom kleru i vjernicima da je vojvoda Domagoj usprkos svom obećanju dao smaknuti čovjeka koji ga je pokušao ubiti, i da kod toga svećenik Ivan nema nikakove krivice te da i dalje može vršiti svećeničke dužnosti.

Prijepis u kodeksu XII stoljeća.

British Museum u Londonu, nr. 8873 (additional msc.).

Miklošić-Rački: Novo nađeni spomenici iz IX i XI vieka za panonsko-moravsku, bugarsku i hrvatsku poviest, Starine JAZU XII, str. 217, br. 9 (prema P. Ewald: Die Papstbriefe der britischen Sammlung, Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichte, Bd. V, Mon. Germ. hist Epp. VII, 29).

Prema poznatim događajima u Hrvatskoj onoga doba Rački i Šišić datiraju ovo pismo gore navedenim datumom (v. Šišić: Povijest Hrvata, str. 353–355).

Iohannes omnibus fideli[bus].[1]

[S]ciat igitur vestra unanimis in Christo dilectio, quia presens Iohannes, religiosus presbiter, sedem apostolicam adiens retulit pontificio nostro, quod, dum quidam de conspiratoribus contra suum seniorem, Domagoi videlicet ducem Sclavorum, apud eum post detectionem criminis fecisset confugium, innotescens scilicet isti, qualiter eundem ducem perimere cum aliis meditatus esset. hic pro fidelitate sui senioris, iamdicti videlicet Domagoi ducis, et causam seniori propalare et hunc de reatu excusare aput eum pro ipso intercedendo speraverit ad eundem seniorem suum accedens rogaverit, ut ei vitam concedere dignaretur. Ille vero, sicut hic asseruit, vitam ei concessit, sed postmodum, cum hic ipse presbiter iamdicti sui senioris serviciis occupatus esset, in istius absencia prefatus dux oblitus promissionis sue ipsum hominem perimi iussit et vitam, quam primum concesserat, abstulit. Huius rei gratia sepedicto presbitero ab officio suo ultro cessante, postquam nobis causam huiuscemodi propalavit, decrevimus illum, si ita est et conscientia eius super hoc minime illum reprehendit, pristino officio et ministerio liberius uti et verbum predicationis in populo iuxta morem sacerdotis in omnibus exercere. Unde communione nostra saginatum fuisse vestra unanimitas non ignoret, quem, si aliter se res non habuerit, et vestre communionis habere socium et gradus sui officio deditum, quantum putamus, incunctanter retinere potestis.

[1] Kod Račkoga: »*Joh(annes VIII) omnibus fidelibus (Dalmatiae)*«.

8.

874/75.

Fragmenti pisma pape Ivana VIII vojvodi Domagoju kojim mu preporuča da poduzme mjere protiv gusara i da urotnike kažnjava samo izgnanstvom.

Fragmenti ovog pisma su sačuvani na dva razna mjesta. Šišić (Priručnik, str. 201) ih donosi zajedno, i to najprije fragment o urotnicima, a onda tek o gusarima. Taj poredak treba izmijeniti, jer nas na to upućuje oblik i stil fragmenta o urotnicima. Naime sa »si uero...« redovito započinje završni dio jednog pisma ili isprave.

I fragment sačuvan je u Decretum Gratiani, P. II, C. XXIII, qu. VIII, c. 12 (Friedberg: Corpus iuris canonici I, Lipsiae MDCCCLXXIX, 955). Cod. dipl. CSD I, 56, Rački: Doc. br. 3.

II fragment je sačuvan kodeksu XII stoljeća, nr. 8873 (additional msc.) u British Museum-u u Londonu (Miklošić-Rački: Novonađeni spomenici iz IX i XI vieka za panonsko-moravsku, bugarsku i hrvatsku poviest, Starine JAZU XII, str. 218, br. 10 prema P. Ewald: Die Papstbriefe der Britischen Sammlung, Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde, Bd. V, Mon. Germ. hist. Epp. VII, 396).

Ovo pismo je upućeno vjerojatno u isto vrijeme, kao i ono upućeno hrvatskom kleru i vjernicima (br. 7.).

I

Demago[1] *duci glorioso.*[2]

Praeterea[3] devotionis tuae studium exhortamur, ut contra marinos latrunculos, qui sub pretextu tui nominis in christicolas debachantur, tanto uehementius accendaris, quanto illorum prauitate famam tui nominis obfuscatam fuisse cognoscis; quoniam, licet credi possit, quod te nolente illi nauigantibus insidientur, tamen, quia a te comprimi posse dicuntur, nisi eos compescueris[4], innoxius non habeberis. Scriptum quippe est: Qui crimina, que potest emendare, non corrigit, ipse conmittit.

II[5]

[S]i vero, quod absit, contra vitam tuam insidiantes reppereris, non mortis, sed temporalis exilii eos religacione castiga, quatinus, dum eis propter deum peperceris, quos ipse tibi tradiderit, ille te ab eis illesum custodiat, qui pro salute omnium crucis supplicium minime refutavit.

[1] Prema Friedbergu (o.c.) Decretum Ivonis X. 70 ima: »*Demagol*«. Takvo čitanje je moglo nastati što je po svoj prilici zadnje slovo bilo t.zv. [illegible] *longa*«. Mansi: Conc. coll. XVII, 243 krivo čita »*Domasol*«. – [2] Cijeli naslov kod Gracijana glasi:

»*Item Iohannes VIII Demago duci glorioso*«. – [3] Rački-Miklošić l. c. spominju da se u londonskom rukopisu nalazi i I fragment, samo što tamo počinje sa »*Propterea*«. – [4] Decretum Ivonis: »*compresseris*«. – [5] Naslov ovog fragmenta u londonskom rukopisu je :»*Domagoi*«, što Rački nadopunjuje sa »*(duci glorioso Iohannes VIII)*«.

9.

879. Početkom godine.

Papa Ivan VIII naređuje vojvodi Zdeslavu da njegovom poslaniku upućenom bugarskom kralju Mihajlu bude pri ruci.

Prijepis u kodeksu »Epistolae Ioannis VIII«, *ep. 185, fol. 71v. Pismo: beneventana.*

Bibliotheca Apostolica Vaticana. Reg. Vat. 1.

Mansi: Conc. collectio XVII, 119. Jaffè: Regesta Rom. pont. nr. 2468. Farlati: Illyr. sacr. III, 75. Mon. Germ. Epp. VII, 147. (Berolini MCMXII). Cod. dipl. CSD I, 59. Rački: Doc. br. 4. Lucius: De regno Dalm. et Croat., lib. II, c. 2, p. 63 samo spominje ovo pismo.

Pitanje datiranja ovog pisma nije sasvim jasno. Prema tekstu »data ut supra« *datum pisma bi bio 2. V 879., jer je tako datirano pismo upućeno jeruzalemskom patrijarhu Teodoziju (VI⁰ nonas maii) na koje se odnosi ono* »ut supra«. *– U pismu od 7. VI 879. upućeno knezu Branimiru isti papa veli da ga je blagoslovio* »in die ascensionis domini« *t.j. 21. V. Postoje, dakle, dvije mogućnosti: ili papa 2. V nije još znao za promjenu na hrvatskom prijestolju, ili je pismo netačno umetnuto u registar papinih pisama, što je vjerojatnije. V. Rački: Viek i djelovanje sv. Cirila i Metoda, str. 314.*

Dilecto filio Sedesclauo, glorioso comiti Sclauorum.

Quia fama tuę dilectionis atque bonitatis et religionis in deum ad nos usque peruenit, confidenter glorię tuę precipimus atque mandamus, ut pro amore sanctorum apostolorum Petri (h)ac Pauli, protectorum uestrorum, presentem legatum, quem ad gentem Uulgarorum dirigimus, saluum atque incolumem uenire faciatis usque ad dilectum filium nostrum Michaelem, gloriosum regem eorum; et quecumque ei sunt necessaria ad victum et uestimentum, illi pro dei amore administrate; quia dominus dicit in euangelio: »Quamdiu fecistis uni de minoribus istis, michi fecistis«; et apostolus:« Hospitales in inuicem sine murmuratione, quia per hanc placuerunt quidam angelis[1] ospitio susceptis«. Agat, fili karissimę, de hoc tua dilectio, et ęternę uitę pręmia percipere ualeat. Data, ut supra[2].

[1] Iza »*angelis*« stajalo je »*hominibus*«, što je pisar precrtao. – [2] Rački donosi na kraju teksta datum: »*Data VI nonas Maii, indictione XII*«. On je taj datum uzeo iz navedenog pisma patrijarhu Teodoziju nadodavši XII indikciju koja se u tom pismu ne spominje.

10.

879, 7. lipnja.

Papa Ivan VIII poziva hrvatski narod i svećenstvo da nakon svog povratka rimskoj crkvi ustraju u vjernosti.

Prijepis u kodeksu »Epistolae Ioannis VIII«, *ep. 207, fol 80–80v. Pismo: beneventana.*

Bibliotheca Apostolica Vaticana. Reg. Vat. 1.

Mansi: Conc. collectio XVII, 126. Jaffè: Regesta Rom. pont. nr. 2479. Farlati: Illyr. sacr. IV, 208. Mon. Germ. Epp. VII, 165 (Berolini MCMXII). Cod. dipl. CSD I, 61. Rački: Doc. br. 6. Lucius: De regno Dalm. et Croat.. lib. II, c. 2, p. 63 donosi samo početak pisma.

Papa Ivan VIII vlada od 14. XII 872. do 15. XII 882. U tom vremenskom razmaku XII indikcija dolazi samo od 1. IX 878. do 31. VIII 879.

Omnibus uenerauilibus (!) sacerdotibus et uniuerso populo. Cum litteras principis uestris (!) Branimir,[1] quas nobis per Iohannem, uenerabilem presbiterum, ipse direxit, legeremus, non solum illius deuotionem, sed etiam fidei uestrę sinceritatem et dilectionem, quam circa sanctum Petrum, apostolorum principem, et circa nos habetis, cognouimus. Et quia uelut karissimi filii ad sanctam Romanam ecclesiam, unde parentes uestros melliflua[2] sanctę prędicationis dogmata suscepisse agnoscitis, toto animo totaque uoluntate redire cupiatis, nostram apostolicam gratiam et benedictionem habere magnopere desiderantes, magna sumus repleti letitia. Et ideo brachiis extensis uos amplectimur paternoque amore recipimus et apostolica uolumus semper uenignitate[3] fouere, si uos hanc uoluntatem et sponsionem uestram usque ad finem sinceriter habueritis et fideliter tenueritis. Quia dicente domino: »Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit«, et apostolo Paulo[4] id ipsum dicente:« Participes enim Christi facti estis, si tamen initium fidei usque ad finem firmum retineatis«. Quapropter estote fideles deo et sancto Petro, sicut mandastis, usque ad mortem et accipietis coronam uitę, quam repromisit deus diligentibus se. Nos enim sacris orationibus nostris memoriam uestri coram domino assiduę facientes manibus sursum ad dominum eleuatis omnipotenti deo uos una cum dilecto filio nostro, principe uestro, commendamus, et omni benedictione spiritali uobis benedicimus in Christo Iesu, domino nostro, ut hic et in ęternum corpore simul et anima benedicti existatis te (!) in perpetuum cum domino[5] gaudeatis. Data VII die mensis Iunii, indictione duodecima.

[1] U tekstu stoji »bram«. Iznad slova *m* nalazi se znak kraćenja, koji označava inače *ur* ili *er*. – [2] Prvotno je stajalo »*mellifluas*«, ali je pisar ispravio. – [3] Neka je ruka pokušala, kako izgleda, korigirati početno *u* u *b*. – [4] Rački izostavlja ime apostola. – [5] Rački: »*et in perpetuum in domino gaudeatis*«.

11.

879, 7 lipnja.

Papa Ivan VIII hvali vjernost vojvode Branimira i preporučuje mu svog poslanika svećenika Ivana koji bugarskom kralju nosi njegovo pismo.

Prijepis u kodeksu »Epistolae Ioannis VIII«, *ep. 191, fol. 73 v. Pismo: beneventana.*

Bibliotheca Apostolica Vaticana. Reg. Vat. 1.

Mansi: Conc. collectio XVII, 125. Jaffè: Regesta Rom. pont. nr. 2478. Farlati: Illyr. sacr. IV, 207. Mon. Germ. Epp. VII, 151 (Berolini MCMXII). Cod. dipl. CSD I, 59. Rački: Doc. br. 5. Lucius: De regno Dalm. et Croat., lib. II, c. 2, p. 63 donosi samo početak pisma.

O datumu v. br. 10.

Dilecto filio Branimir.

Relegentes nobilitatis tuę litteras, quas per Iohannem uenerabilem presbiterum communem fidelem nobis mandasti, quantam fidem et sinceram deuotionem circa ecclesiam sanctorum apostolorum Petri et Pauli et circa nos habeas, luce clarius nouimus. Et quia deo fauente quasi dilectus filius sancto Petro et nobis, qui per diuinam gratiam uicem eius tenemus, fidelis in omnibus et obediens esse cupias[1], humiliter profiteris, tuę nobilitati dignas ualde gratias his nostri apostolatus litteris agimus paternôque amore, utpote karissimum filium, ad gremium sanctę sedis apostolicę, matris tuę, de cuius uidelicet purissimo fonte patres tui melliflua sanctę predicationis potauere fluenta redeuntem suscipimus et spiritalibus amplectimur ulmis (!) atque apostolica uolumus benignitate fouere, ut gratiam et benedictionem dei sanctorumque Petri ac Pauli, apostolorum principis, et nostram super te habens diffusam, a uisibilibus et inuisibilibus hostibus, qui saluti humanę insidiari et impedire non cessant, saluus semper ac securus existas, optatamque de inimicis uictoriam facilius possis habere. Nam quanto ipse te deo humiliter subdere sanctisque ipsius obedire preceptis studueris atque ipsius sacredotibus et ministris honorem debitum pro amore domini exhibueris, tanto super[2] omnes inimicos tuos et rebelles aduersarios eris procul dubio uictor et potens. Et ideo monemus industriam tuam, ut in omnibus tuis actibus dominum semper pre oculis habeas, timeas et toto diligas corde, quoniam dicente psalmista: »Beatus est uir, qui timet dominum, in mandatis eius cupit nimis, potens in terra erit semen eius«, et ipse in euangelio: »Qui me, inquit, diligit, sermonem meum serbauit (!) et pater meus diligit eum et ad eum ueniemus et mansionem apud eum faciemus«. Quod cum ita sit, si tuis bonis operibus in presenti lucentibus deum glorificaueris, gloria eris sempiterna in futuro sine dubio decoratus, quoniam ipse per Moysen hoc se facere testatus (!) dicens: »Glorificantes me glorificabo.« Sicut autem nostro presulatui per iam fatum presbiterum[3] suggesisti, quatenus nostro tibi ore apostolico

benediceremus pro tuę salutis augmento, id ipsum libenter fecimus. Nam in die ascensionis domini inter sacra missarum sollempnia super sacrum altare beati Petri apostoli celebrantes elebatis (!) sursum manibus benediximus tibi et omni populo tuo omnique terrę tuę, ut hic et in ęternum corpore simul et anima saluatus et principatus terrenum, quem habes, prospere ac securiter regere possis et in cęlesti regione post mortem cum deo feliciter gaudeas et in perpetuum regnes. Et quia hunc ipsum Iohannem presbiterum tibi et nobis uerum fidelem in omnibus esse cognoscimus, dedimus illi nostram apostolicam epistolam deferendam regi[4] Uulgarorum, ideo petimus, ut pro amore sancti Petri et nostro cum tua ipse licentia legationem hanc nostram sine tarditate perficiat, ut et propter hoc tuę dilectioni multiplices gratias habeamus. Data VII die mensis Iunii indictione XII.

[1] U tekstu je prvotno stajalo »*cupiatis*«, ali je pisar sam ispravio. Iza ove riječi Rački nastavlja sa »*et*«, što nije tačno jer je na tom mjestu znak za interpunkciju. – [2] Iza »*super*« prvotno je stajalo »*et*«, ali je pisar to precrtao. – [3] Iza »*presbiterum*« prvotno je stajalo »*tria*«, ali je pisar to precrtao. – [4] Prvotno je stajalo »*rege*«. ali je pisar ispravio.

12.

879, 7. lipnja.

Papa Ivan VIII hvali izabranog ninskog biskupa đakona Teodozija zbog vjernosti te ga pozivlje da samo od njega primi biskupsko posvećenje.

Prijepis u kodeksu »Epistolae Ioannis VIII«, ep. 192, rol. 74. Pismo: beneventana.

Bibliotheca Apostolica Vaticana. Reg. Vat. 1.

Mansi: Con. collectio XVII, 124. Jaffè: Regesta Rom. pont. nr. 2474. Farlati: Illyr. sacr. 207. Mon. Germ. Epp. VII, 153 (Berolini MCMXII). Cod. dipl. CSD I, 60. Rački: Doc. br. 8. Lucius: De regno Dalm. et Croat., lib II, c. 2, p. 63 donosi samo početak pisma.

O datumu v. dokument br. 10.

Theodosio, uenerabili diacono et dilecto[1] sanctę ecclesię Nonensis.

Dilectionis tuę litteris receptis atque perlectis deuotionis et fidei tuę sinceritatem, quam circa ecclesiam beati Petri apostoli et circa nostrum pontificium habes, luce clarius agnouimus. Et quia nostram gratiam et benedictionem humili prorsus affectu expetere studuisti, ualde sumus gauisi. Nam et Iohannes, uenerabilis presbiter, de uestra parte ueniens multa nobis tuę bonitatis et patientię uiua uoce preconia retulit, quę in sacerdote Christi magnopere sunt habenda. Unde te, quasi dilectum corporis Christi membrum et spiritalem filium, nostri apostolatus ulnis extensis amplectimur paternoque amore diligimus atque apostolica semper uolumus benignitate fouere. Ideo monemus sagacitatem tuam,

ne in quamlibet partem aliam declines et contra sacra uenerabilium patrum instituta episcopatus gratiam recipere quęras audiens illam desiderabilem summi iudices (!) uocem dicentis: »Euge, serue bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam; intra in gaudium domini tui.« Sed toto corde totaque uoluntate ad gremium sedis apostolicę, unde antecessores tui diuinę legis dogmata melliflua cum sacrę institutionis forma summique sacerdotii honorem sumpserunt, redeas, quatenus et ipse ab apostolica sede, quę caput et magistra est omnium ecclesiarum dei, episcopalem consecrationem per nostrę manus imposionem (!)[2] Christo annuente percipias; quatenus secundum pristinum morem sancti Petri et nostra semper auctoritate atque tuitione munitus populum domini tibi commissum strenue ac securiter regas et in conspectu altissimi ueniens uenias cum exultatione portans manipulos tuos dicereque domino possis ouanter: »Ecce ego et pueri, quos mihi dedisti.« Et ob hoc cum deo ualeas sine fine gaudere. Data VII[3] die mensis iunii, indictione XII.

[1] Iz sadržaja pisma se vidi da je Teodozije bio izabrani ali još ne konsekrirani biskup. Zato bi ovdje trebalo stajati »*electo*«. – [2] Treba stajati »*impositionem*«. – [3] Rački krivo čita »X-VII«, pa prema tome datira sam dokument.

13.

879, 10. lipnja.

Papa Ivan VIII pozivlje kler i narod Dalmacije da se povrate rimskoj crkvi opominjući ih da nadbiskupa koga oni izaberu samo on može posvetiti. Na kraju preporuča svog izaslanika svećenika Ivana.

Prijepis u kodeksu »Epistolae Ioannis VIII«, ep. 197, *fol. 75v–76v. Pismo: beneventana.*

Bibliotheca Apostolica Vaticana. Reg. Vat. I.

Mansi: Conc. collectio XVII, 129. Jaffè: Reg. Rom. pont. nr. 2481. Farlati: Illyr. sacr. III, 77; V, 39. Mon. Germ. Epp. VII, 157 (Berolini (MCMXII). Lucius: De regno Dal. et Croat. lib. II, c. 14, p. 92. Cod. dipl. CSD I, 62. Rački: Doc. br. 7.

O datumu v. dokument br. 10.

Reuerentissimis et sanctissimis episcopis Vitali Iadransi, Dominico Absarensi ceterique (!) episcopis Dalmatinis seu Iohanni archipresbitero sanctę sedis Salonitanę omnibusque sacerdotibus et senioribus populi, habitatoribus Spalatensis ciuitatis atque Zadarensis ceterorumque ciuitatum.

Pastorali sollicitudine moti uos, quasi oves[1] dominicas nobis in beato Petro apostolorum principe commissas, dicente domino: »Si diligis me, Simon Petre, pasce oues meas«, licet pro assidua g[illegible] persecutione

nunc usque impediti hic modo apostolatus nostri litteris uisitare curauimus ammonentes fraternitatem uestram, ut more pręcessorum uestrorum ad sedem beati Petri apostoli, quę caput et magistra est omnium ecclesiarum dei, et ad nos, qui ei diuinitus pręsidemus, toto animo libentique uoluntate reuerti studeatis, quatenus inde summi honorem sacerdotii et totius institutionis ecclesiasticę formam sumatis, unde parentes ac precessores uestros melliflua sanctę predicationis et doctrinę apostolicę potasse fluenta recolitis. Reminisci namque debetis, quanta eosdem pręcessores uestros prospera evidentissime comitabantur, quando ad limina Petri, cęlestis regni clauigeri, deuoto pectore quasi proprii filii confluebant; et quanta postmodum nunc usque sustinueritis aduersa, cum ab ea uos quasi alienos separare non dubitastis. Quapropter uos plurimum diligentes non[2] uestra, sed uos quęrentes paterna benignitate monemus atque hortamur, ut, sicut diximus, ad gremium sanctę Romanę ecclesię[3], matris uestrę, redire ouanter adtendatis, ut electus a uobis canonice archiepiscopus una cum uestro omnium consensu et uoluntate ad nos ueniens gratiam episcopalis consecrationis sanctumque pallium a nobis more pristino incunctanter percipiat, ut gratiam et benedictionem sancti Petri ac nostram habentes a malis omnibus liberi et bonis uniuersis repleti et hic in pręsenti sęculo gaudeatis et in futuro cum domino sine fine procul dubio exultetis. Porro si aliquid de parte Grecorum uel Sclauorum super uestra ad nos reuersione uel consecratione aut de pallii perceptione dubitatis, scitote pro certo, quoniam nos secundum sanctorum patrum decesorumque nostrorum pontificum statuta uos adiuuare auctoritate curabimus. Quod si forte hanc nostram apostolicam ammonitionem, immo canonicam preceptionem pro nichilo ducentes ad sedem apostolicam Romanę ecclesię redire et inde secundum antiquam normam consecrationem episcopalem sacrumque pallium recipere contempseritis, omni ecclesiastica uos communione scitote penitus excommunicandos. Interim tamen auctoritate dei et sancti Petri uobis pręcipimus, ut non habeatis licentiam aliunde consecrationem palliumque recipere; nam si feceritis, quasi transgressores et inobędientes uos sine dubio iudicabimus. Hanc autem nostri apostolatus epistolam fraternitati uestrę per hunc pręsentem Iohannem, uenerabilem presbiterum, fidelem familiarem nostrum, direximus, cui scilicet aliqua iniunximus uobis uerbotenus referenda, et ideo illi omnia, quę de parte nostra dixerit uobis, credere nullatenus dubitetis; ipsamque epistolam, ut ad omnium uestrum notitiam feratur, bulla nostra iussimus in calce signari. Data X die mensis Iunii, indictione XII.

[1] Prvotno je stajalo »*obes*«. – [2] Prvotno je stajalo »*nequa*«. Zatim je naknadno pisar iznad slova *n* stavio znak kraćenja, a ostala slova precrtao. Prema tome mora se čitati samo »*non*«. Rački krivo čita: »*non ea que*«. – [3] Rački izostavlja »*ecclesie*«.

Oko 880.

Papa Ivan VIII piše vojvodi Branimiru, svećenstvu i narodu da je sa zadovoljstvom od ninskog biskupa Teodozija čuo o njihovoj vjernosti i moli ih da mu pošalju svoje poslanike.

Prijepis u kodeksu »Epistolae Ioannis VIII«, ep. 297, fol. 116–116v. Pismo: beneventana.

Bibliotheca Apostolica Vaticana. Reg. Vat. 1.

Mansi-: Conc. collectio XVII, 209. Jaffè: Regesta Rom. pont. nr. 254. Farlati: Illyr. sacr. IV, 208. Mon. Germ. Epp. VII, 257. (Berolini MCMXII). Cod. dipl. CSD I, 65. Rački: Doc. br. 9. Lucius: De regno Dalm. et Croat., lib. II, c. 2, p. 63 donosi samo početak pisma.

O datiranju v. Rački: Viek i djelovanje sv. Ćirila i Metoda, str. 327; Rittig: Povijest i pravo slovenštine I, str. 131, op. 15; M. Perojević: Ninski biskup Tedozije, Vjesnik za arh. i hist. Dalm. g. XLV, str. 12–13 Šišić (Priručnik str. 207) datira ovo pismo »između 881. i 882«, ali ne navodi obrazloženje.

Excellentissimo uiro Barnimero, glorioso comiti et dilecto filio nostro, atque omnibus religiosis sacerdotibus et honorabilibus iudicibus cunctoque populo pax et gratia a domino Jesu Christo.

Audita per Theodosium, uenerabilem episcopum uestrum, fide et deuotione, quam circa sedem beati Petri apostoli et nostri pontificii uos habere cognoscimus, immensas deo gratias referentes magno gaudio sumus repleti, qui uos nunc ad tantam gratiam perducere et inter oues suas connumerare dignatus est, secundum quod dominus ipsi principi apostolorum commisit dicens: »Si diligis me, Simon Petre, pasce oues meas«. Unde uestram fidelitatem et christianissimam deuotionem his nostris apostolicis litteris ammonemus et exhortamur, ut, sicut diuina inspiratione agere cepistis, usque ad finem perficere et obseruare non prętermittatis; quatenus sub ala et regimine atque defensione beati Petri apostoli et nostra toto conamine uos subdere atque in eius seruitio perseuerare, quasi dilecti filli, procurastis, apertius hoc ostendatis atque inpleatis, ut dominus in euangelio dicit: »Sic luceat (!) opera uestra coram hominibus, ut uideant bona opera uestra et glorificent patrem uestrum, qui in cęlis est.« Et ut ita hoc per orbem terrarum uestrę sponsionis diffametur, ut auxiliante domino et sanctorum apostolorum suffragantibus meritis ea, quę saluti et utilitati omnium uestrum proficua sunt, possimus ad honorem et exaltationem sanctę sedis apostolicę incunctanter perficere, sicut nomine uestro scripta nobis mandastis, ita in libro cęlesti scripta permaneant. Quapropter mandamus, ut reuertente ad uos filecto (!)[1] episcopo uestro idoneos legatos uestros presentaliter ad nos dirigere non prętermittatis, qui pro parte omnium uestrum nos et sedem apostolicam corrificant (!)[2] de his, que mandastis, ut et nos cum illis[3] missum nostrum dirigamus ad uos, quibus secundum mo-

rem ad consuetudinem ecclesię nostrę uniuersus populus uester fidelitatem promittat. Interim monemus, ut constantes[4] permaneatis, quoniam scriptum est: »Melius est uotum non uouere, quam post uotum promissa non implere.« Spiritus domini, qui orbem terre repleuit, repleat uestrum cor omni pace et gaudio in Christo Jesu domino nostro.

[1] t.j. »*dilecto*«. – [2] Rački ispravlja u »*certificent*«. – [3] Rački izostavlja »*cum illis*«. – [4] Rački čita »*constanter*«.

15.

Oko 880.

Papa Ivan VIII kori bugarskog kralja Mihajla što mu nije zajedno s ninskim biskupom Teodozijem poslao poslanike i opominje ga da to učini čim prije.

Prijepis u kodeksu »Epistolae Ioannis VIII«, *ep. 300, fol. 117. Pismo: beneventana.*

Bibliotheca Apostolica Vaticana. Reg. Vat. 1.

Mansi: Conc. collectio XVII, 211. Jaffè: Regesta Rom. pont. nr. 2555. Mon. Germ. Epp. VII, 260 (Berolini MCMXII). Cod. dipl. I, 199. Rački: Doc. br. 10.

Za datiranje v. istu literaturu kao kod br. 14.

Ovdje donosimo samo izvadak pisma koji se odnosi na ninskog biskupa Teodozija.

Dilecto ac spiritali filio Michaheli, glorioso regi Uulgariorum. Gratia uobis et pax a deo patre et domino Jesu Christo.

Miramur, quod tanto iam tempore transacto missos uestros ad sanctam Romanam ecclesiam, matrem uestram, et ad nos non transmisistis. Modo uero, sicut nobis retulit Theodosius, uenerabilis episcopus, missos tuos cum eo dirigere promiseras, sed pro qua causa eos dirigere pretermiseris, ignoramus . . . . .

16.

886/87.

Papa Stjepan VI kori akvilejskog patrijarha Walperta među ostalim i zato što je prekoračio granice svoje jurisdikcije i potvrdio splitskog nadbiskupa (Teodozija).

Decretum Ivonis, c. 13. Decretum Gratiani P. II, C. IX, q. 3, c. 20.

Mansi: Conc. coll. XVIII, 25. Farlati: Illyr. sacr. III, 79. Rački: Doc. I . 148.

Rački datira ovo pismo 885.–891. M. Perojević (Ninski biskup Te ozije,

I prilog Vjesniku za arh. i hist. dalmatinsku, br. XLV, str. 19) datira gore navedenim datumom oslanjajući se u prvom redu na vrijeme smrti splitskog nadbiskupa Marina 885/86. g. Isto tako i Šišić (Priručnik str. 209, Povijest Hrvata str. 390).

Walpert je bio akvilejski patrijarh 874.–900. (isp. H. Schmidinger: Patriarch und Landesherr, Graz–Köln 1954.).

Walperto patriarche.

Miramur prudentiam tuam Cumensi ecclesiae denegare consecrare pastorem, cum te iam ad hoc prouocatum noueris apostolica exhortatione. Nunc vero iterato tibi scribimus, nolentes alicuius ecclesiae privilegium infringere, licet apostolica praerogativa possimus de qualibet ecclesia clericum ordinare. Desine iam cuiuspiam zelo electum a clero et expetitum a populo Liutwardum, Cumensis ecclesiae antistitem, protelare, quia si protelaueris et eum consecrare iam toties monitus non maturaueris, quum ad nos uenerit, procul dubio consecratus abibit. Quia (cum) apostolica auctoritate id facere ualeamus, tuo tamen incitamur exemplo, qui transgressis terminis tibi commissis in ecclesia Salonensi episcopum[1] ad indecentiam sedis apostolicae praesumpsisti; quod quantae praevericationis sit, ipse perpende.

[1] Nema sumnje da je tu riječ o ninskom biskupu Teodoziju, koji postaje splitskim nadbiskupom. (Vidi gore spomenutu raspravu M. Perojevića). – [2] Ovdje »*ordinare*« ne znači posvetiti već potvrditi (Šišić, Povijest Hrvata str. 390 bilješka 27. i Perojević o.c. str. 23.

17.

886/87.

Papa Stjepan VI kori ninskog biskupa Teodozija što je po smrti splitskog nadbiskupa Marina preuzeo upravu i splitske crkve primivši posvetu od akvilejskog patrijarhe.

Dijelovi ovog pisma su fragmentarno sačuvani na dva razna mjesta. Zbog toga ih dosadašnji izdavači i posebno donose. M. Perojević (Ninski biskup Teodozije, I prilog Vjesniku za arh. i hist. dalmatinsku br. XLV, str. 18–23) smatra da se zapravo radi o fragmentima jednog te istog pisma i nema sumnje da je to mišljenje tačno, jer se jedino tako može shvatiti sadržaj drugog fragmenta.

I fragment (»Quis vice Marini ...... patet clarius«) *sačuvan je u kodeksu XII st. nr. 8873 (additional msc.) u British Museum-u u Londonu (Miklošić-Rački: Novo nađeni spomenici iz IX i XI vieka za panonsko-moravsku, bugarsku i hrvatsku poviest, Starine JAZU XII, str. 219, br. 12 prema P. Ewald: Die Papstbriefe der Britischen Sammlung, Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde, Bd. V).*

II fragment je sačuvan u Decretum Ivonis, VIII, c. 59. (Rački: Doc. br. 147).

O datumu treba reći isto što je rečeno u dokumentu br. 16.

Steph(anus) Theodosio episcopo.[1]

Quis vice Marini episcopi in ęcclesię Spalatinę regimen successerit, diligentius perrimantes, te curam illius ecclesię suscepisse audivimus, cumque de tibi commissa[2] ordinaveris, studiosius investigaremus, dictum est (te) utrisque preesse.[3] Quod si verum est, non modice miramur, sed in hoc admiratione dignum non iudicamus, quia in ipso tue ordinationis inicio deliquisse te non modicum audimus. Nam, cum pie memorie decessor tuus hominem excessisse dicitur, ad Aquilegensem diceris convolasse ecclesiam et exinde consecrationem suscepisse, quam in sede beati Petri ab apotolicis debueras manibus petere, in quo et te deviasse et eum excessisse luce patet clarius.[4] . . . . .[5] Numquidne duabus simul sponsis nubere barbaricam gentem instruis? Numquidne sacramentum ecclesię exponentem apostolum non legisti: erunt duo in carne una? an forsitan tui codices falso tres in carne una asserunt?[6] Desine iam tali tabescere ignavia et disce paternis obedire regulis, ne inveniaris statutos a patribus terminos transgredi vel per ambitionem de maiori ad maiorem transire ecclesiam, quod tentantem laica etiam communione sacri privant canones . . . .[7]

[1] Ovaj se naslov nalazi u londonskom kodeksu. – [2] Rački popunja »*commissa (ecclesia)*«, a misli se na ninsku crkvu. – [3] Perojević smatra da ovdje nedostaje jedan dio teksta. – [4] I ovdje Perojević smatra da nedostaje dio teksta. – [5] U *Decretum Ivonis* nalazi se naslov na ovom mjestu: *Theodosio episcopo.* – [6] I ovdje Perojević smatra da nedostaje dio teksta. – [7] Prvi fragment kao i zadnja rečenica drugog fragmenta jasno pokazuju da papa slikovito piše o biskupskim crkvama kao o zaručnicama. Stoga je, kao što je to dokazao M. Perojević (o. c. str. 20–21), sasvim krivo tumačenje Račkoga kao i ostalih poslije njega, da papa kori Teodozija što dopušta svojim vjernicima da mogu držati dvije žene.

18.

887/88.

Papa Stjepan VI traži obnovu razorenih crkava i obećava (splitskom nadbiskupu) Teodoziju palij kad osobno dođe u Rim.

Prijepis u kodeksu XII stoljeća.

British Museum u Londonu, nr. 8873 (additional msc.).

Miklošić-Rački: Novo nađeni spomenici iz IX i XI vieka za panonsko-moravsku, bugarsku i hrvatsku poviest, Starine JAZU XII, str. 219, br. 13 (prema P. Ewald: Die Papstbriefe der britischen Sammlung, Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde, Bd. V).

S obzirom na ranija pisma pape Stjepana VI upućena biskupu Teodoziju (br. 16 i 17) ovo se pismo može približno datirati sa gore navedenom godinom. V. M. Perojević: Ninski biskup Teodozije, I prilog Vjesniku za arh. i hist. dalmat., br. XLV, str. 25.

Theodosio episcopo.

Salonitana ecclesia, quam deo auxiliante restitutam asseris, ut [ad] pristinum gradum redeat, inhianter cupimus; et omnes ecclesie, que barbarorum rabie destructe sunt, assiduis precibus, ut restaurentur, imploramus, ita tamen ut in novarum ecclesiarum restauratione neglectus non proveniat antiquarum. Pallium et eius usum, quem rogitas, cum dei misericordia cooperante ipse ad apostolorum limina veneris, consultius dabitur, ut multiplici benedictione locupletatus letior ad propria redeas, quia ipsius usus non ad pompe factus,[2] sed ad religionis attinet misterium.

Item.[3] Quomodo ab eo[4] benedictionem caperes, qui caret benedictione? Quomodo alteri tribuit quis, quo sibi carere dinoscitur?

[1] Rački ispravlja u »*usus*«. – [2] Rački ispravlja u »*fastus*«. – [3]. Iz riječi »*item*« može se pretpostaviti, da je ovo pismo samo fragmentarno sačuvano, a to pokazuje i čitav oblik pisma. – [4] Papa misli na akvilejskog patrijarha Walberta. Isp. br. 16.

19.

879–888.

Vojvoda Branimir poklanja ili potvrđuje crkvi sv. Dujma u Splitu neke posjede koje su joj već prije poklonili njegovi predšašnici.

Ova se darovnica spominje u ispravi kralja Gejze II iz 1158. (CD II, br. 83).

Vojvoda Branimir se prvi put spominje 879. a posljednji put na jednom natpisu 888. godine (Šišić: Genealoški prilozi, Vjesnik hrv. arheološkog društva N. S. XIII, str. 11). Ovim terminima datiramo i ovu ispravu.

20.

892, 28. rujna. U Bihaćima.

Vojvoda Muncimir potvrđuje splitskoj nadbiskupiji darovnicu vojvode Trpimira iz godine 852.

Danas postoji pet prijepisa ove isprave.

Ovdje donosimo tekst prema najstarijem sačuvanom prijepisu iz g. 1568. (prijepis a) *koji se nalazi u župnom uredu Kaštel Sućurac. Opis tog prijepisa je slijedeći: Perg. 455×355 s vidljivim tragom otpalog pečata splitskog komesa i notarskim znakom Danijela Terzagusa.*

Ova se isprava nalazi uvijek u svim prijepisima neposredno iza Trpimirove isprave. Njihove varijante donosimo u bilješkama ispod teksta, a same prijepise označujemo na slijedeći način:

b) Biskupski arhiv u Splitu. Kartular splitske kurije s oznakom B (današnja signatura 29), koji nosi naslov: »1620. 21. octobr. Mons. Illmo di Spalato contra Villici di Suzuraz«, fol. 2.[1]

c) Biskupski arhiv u Splitu (današnja signatura br. 20). Prijepis u trećem svesku isprava koje je dao prepisati nadbiskup Sforza Ponzoni (1616–1641.) fol. 5v–9v. Ovaj svezak ima kasniji natpis: »Donazione del rè Terpimiro 1333.« Godina 1333. ukazuje na to da je ovaj prijepis učinjen po svoj prilici prema nestalom kartularu nadbiskupa Luccarija iz te godine. Farlati daje naslov ovom svesku: »Donationes principum«.[2]

d) Biskupski arhiv u Splitu (današnja signatura br. 25). Prijepis u osmom svesku isprava koje je dao prepisati nadbiskup Sforza Ponzoni i nosi naslov: »Varia de bonis archiepiscopatus«, fol. 28–30v.[3]

e) Arhiv kaptola u Splitu, nr. 538, ser. B, fol. 5–6v. Prijepis u vlastoručnim ispisima Luciusa, šesti svezak.[4]

Prema prijepisu c ovu su ispravu izdali: Lucius: De regno Dalm. et Croat., lib. II, c. 2. p. 65; Farlati: Illyr. sacr. III, 82;[5] *Kukuljević: Iura regni Croat., Dalm. et Slav. I, 6; Cod. dipl. CSD I, 72; Rački: Doc. 12 donosi tekst s vlastitim ispravcima. Isporedi istu literaturu kao kod isprave g. 852. (br. 3.).*

In nomine patris et filii et spiritus sancti[6]. Anno vtique sacrę[7] postquam Christus carnem de virgine sumpsit octogesimo[8] nonagesimo secundo, indictione undecima, sub die quarta Calendarum octobrium[9]. Cum magnae[10] inter Salonitano et Nonenso[11] praesulibus verterentur[12] de quondam[13] facta donatione a Terpimiro,[14] piissimo duce, priores[15] sanctae matris ecclesiae Domnii et Anastasii, beatorum martirum, quedam[16] mancipando ecclesiam sancti Georgii, quę sita est in Petalio,[17] videntur contentiones dicente Petro Spalatensi archiepiscopo: »Hanc quae[18] dicitis ecclesiam donatam a fato[19] duce et priuilegii statuta[20] roboratam in nostre[21] iuris ecclesię[22] sub testimonium[23] notitie[24] mancipatam habemus.« Respondens[25] Aldefreda[26], Nonenses[27] ecclesiae presul[28], dicebat:«[29] Non ita habetur, sed nostre potius ecclesiae dominio detinetur, quoniam non in ecclesia[30] sanctorum Domnii et Anastasii, ut dicitis. possidenda, sed ipsius presuli fruenda ad tempus tradita est.« His ita habentibus conperto placuit mihi Muncimiro[31], diuino munere iuuatus Croatorum[32] dux, residenter paterno solio, diuino spiramine, communi consilio cum meis[33] cunctis fidelibus et primatis[34] populi omni opposita et pretermissa contentione dictam iam s[ancti Georgii ecclesiam in][35] sanctorum martyrum Domnii et Anastasii cum omni suo introytu et exitu subiugare priuilegio cum seruis et ancillis, campis et vineis, pratis et siluis, cuncta mo[bilia et imm][36]obilia omnia. Quam ecclesiam teste atque[37] tutore domino[38] uolo, ut nullus deinceps de successoribus meis de potestate Spalatensis ecclesiae subtrahere audeat uel in quolibet[39] deripere,[40] sed iuxta priscam consuetudinem, vt donatam a patre meo recolimus et mox per presentem[41] priuilegium denuo mancipamus, ut omnino subiaceat dictę ecclesiae iuri. Qui uero postmodum auaritiae facibus accensus atque in superbiae cornibus eleuatus statuta nostra paruipendens nuper factam[42] ecclesiam a dominio sancto-

rum martirum Domnii atque Anastasii subtrahere voluerit uel quolibet modulo[43] donationem dictam nocere tentauerit, iram[44] omnipotentis celorum arbitri, saluatoris mundi incurrat[45] et sanctorum omnium maledictionis vinculo CCC decem et octo patrum insolubiliter denodetur descendatque[46] super eum et domo sua sibique consentientibus decem, quas in Egipto habitae sunt, plage et lepre Naman Siri, ab eis unquam[47] recedat, deglutiat eos terra sicut Datan et Abiron et in nouissimo maranata litigantibus cum eis sanctorum constantia cum diabolo et eius horribilis[48] angelis et Iuda Scarioten[49] in igne baratri[50] munerentur,[51] ubi ignis non extinguitur et uermes non moriuntur. Actum est in Biaci ante fores ecclesiae sanctae Martae martirae[52] tempore et diandium nuper,[53] ut fuimus, horum palam testibus consentientibus atque subscribentibus. Deinde,[54] ne aboliatur[55] in posterum, annulo nostro iussimus in calce signari. Signum mei meque[56] sunt Muncimiro authore huius donationis cartulae. Signum manu Budimiro,[57] zuppani palatii. Signum manu Zellirrico,[58] zuppano Cleoniae.[59] Signum manu Petro zuppano. Signum manu Prisna,[60] maccerarii[61] zuppano. Signum manu Pruade, zuppano caualiario. Signum manu Zelestro,[63] zuppano camerario. Signum manu Zestededo,[64] zuppano pincernario. Signum manu Bolledrago, zuppano carniciario.[65] Signum manu Budimiro,[66] zuppano comitissae. Signum manu Cresamustlo, camerario secundo. Signum manu Stephano filio Budimiri, camerario tertio. Signum manu[67] Zellidrago, macerario[68] comitissae. Signum manu Pribitreco,[69] filius Petri, zuppano. Signum manu Dragazay,[70] filio Semicasin.[71] Signum manu Augina,[72] zuppano armigeri. Signum manu Zitallo,[73] superposito monasterio. Signum manu Sibidrago,[74] zuppãno Clesae.[75] Signum manu Pacialio luncesia.[76] Sequenti autem die, quę est tertio Calendas Octobris, veniens ego sepefatus[77] dux in ciuitate Spalati[78] ante sanctorum dictorum altaria et priuilegii pagiuulam manu propria inter cętera munuscula, quae manus nostrae[79] inuenire valueram,[80] super sacro sancti Domni altario obieci et donatione predicta mancipata[81] sancti Domnii abii. Ego Serminus[82] diaconus et capellanus dicti duci,[83] precipiente mihi domino meo Muncimiro, glorioso duce, coram dictis testibus audita scripsci[84] et post tradita feliciter compleui.

[1] Prijepis *b* ima slijedeću potvrdu notara: »*Ego Aloysius Zambertus, clarissimorum dominorum sindicorum Dalmatiae secretarius, supradictam donationem auscultaui cum quodam castastico in membranis presentato in officio sindicatus per reuerendum dominum presbiterum Gasparum Vrmaneum, vicarium Spalati, et conuenienter inueni et ideo me subscripsi et sigillaui exemplum per mihi fidum.*« Sa strane: »*Locus sigilli diui Marci*«. Ova se potvrda vjerojatno odnosi i na darovnicu kneza Trpimira, jer su pisane neposredno jedna iza druge. – [2] Prijepis *c* ima iste potvrde notara kao i prijepis *c* Trpimirove isprave. (V. bilj 111 kod iste isprave.). – [3] Prijepis *d* ima iste notarske potvrde kao i prijepis *d* Trpimirove isprave. (V. bilj. 111 kod iste isprave.). – [4] Prijepis *e* nema notarskih potvrda. – [5] Ni Lucius ni Farlati ne donose notarske potvrde. – [6] Samo prijepis *b* ima nakon invokacije »*amen*«. – [7] *b:* »*sacro*, *c:* »*sacra*«, *e:* »*sacram*«. – [8] *Svi ostali prijepisi:* »*octingentesimo*«. – [9] *b:* »*Octobris*«, *c, d, e:* »*octubrium*«. – [10] *b:* »*magna lis*«. – [11] *c:* »*Salonitanum et Nonensem*«. – [12] *b:* »*verteretur*«. – [13] *b, c, e:* »*quadam*«. – [14] *b:* »*Tripimir*«, *c, e* »*Tirpimiro*«. – Svi ostali prijepisi: »*in iuris*«. – [16] *c, d, e:* »*quandam*«. – [17] *b:* »*Putalio*«. – [18] *b, c, d: quę*«, *e:* »*quam*«, – [19] *e:* »*praefato*«. – [20] Ostali prijepisi: »*statuto*«. – [21] *b:* »*nostra*«. – [22] *b:* »*ecclesia*«,

– [23] *c:* »*testimoniorum*«. – [24] *c, d, e:* »*notitia*«. – [25] *b:* »*respondente*«. – [26] *c:* »*Aldafreda*« – [27] Ostali prijepisi: »*Nonensis*«. – [28] *b:* »*presule*«. – [29] *b:* »*dicente*«. – [30] *b:* »*quoniam in ecclesia*«. – [31] *c, d, e:* »*Muncimir*«. – [32] *b:* »*cum eis*«. – [34] *c, e:* »*primates*«. – [35] u prijepisu *a* danas nečitljivo. – [36] u prijepisu *a* danas nečitljivo. – [37] *b, d, e:* »*et*«. – [38] *c, d, e:* »*deo*«. – [39] *c:* »*quomodolibet*«. – [40] *c, e:* »*diripere*«. – [41] *c:* »*praesens*«. – [42] ostali prijepisi: »*nuper fatam*«. – [43] *b:* »*modo*«. – [44] *b:* »*iam*«. – [45] *b:* »*indignationem incurrat*«. – [46] *c, d, e:* »*descendantque*«. – [47] Ostali prijepisi: »*nunquam*«. – [48] Ostali prijepisi: »*horribilibus*«. – [49] *b: Schariote*«, *c, d:* »*Iscarioten*«, *e:* »*Iscariote*«. – [50] Svi ostali prijepisi: »*gehenne baratro*«. – [51] *b:* »*muneretur*«. – [52] *b, c:* »*martyris*«. – [53] *b:* »*tempore ... nuper*«, *c* izostavljeno sve od »*martyris*« do »*nuper*«; *d, e:* »*tempore et dimidium nuper*«. – [54] Ostali prijepisi: »*dein*«. – [55] *c, d, e:* »*aboleatur*«. – [56] *c, d:* »*manu meque sunt*«, *e:* »*manu mei meque sunt*«. Nije isključeno da je prvotno ova rečenica glasila: »*... annulo nostro iussimus in calce signari signum mei. Meque ...*«. – [57] *b:* »*Bundimerio*«. Umjesto »*signum manu*« svi ostali prijepisi imaju uz imena potpisnika »*signum mei*«. – [58] *b:* »*Zeliuico*«, *c:* »*Zelliueco*«, *e:* »*Zelliuero*«. – [59] *b:* »*Cleonis*«, *c:* »*Cleone*«. – [60] *b, d, e:* »*Prusna*«. – [61] *b:* »*masucari*«, *c, d:* »*maccerario*«, *e:* »*mauechario*«. – [62] *b: Presade*«, *c, d, e:* »*Pruadra*«. – [63] *b:* »*Celestro*«, *e:* »*Celisbo*«. – [64] *b:* »*Zeldetto*«, *c, d, e:* »*Zellidedo*«. – [65] *c, d, e:* »*camerario*«. – [66] *b:* »*Bondumero*«. – [67] *d* ima takoder »*signum manu*«. – [68] *b:* »*maciliario*«. – [69] *b:* »*Pribitrico*«, *c, d, e:* »*Prubitecho*«. – [70] *b:* »*Dragatio*«. – [71] *b: b:* »*Semicaste*«, *c:* »*Semicasni*«, *d:* »*Semicatini*«. – [72] *c:* »*Cugina*«, *b, d, e:* »*Tugina*«. Lekcija »*Augina*« upućuje na jedan predložak pisan beneventanom, a nastala je zbog sličnosti beneventanskih slova *a* i *t*. – [73] *b:* »*Zitallolo*«. – [74] *b, d, e:* »*Leledrago*«, *c:* »*Lefodrago*«. – [75] Ostali prijepisi: »*Clise*«. – [76] *b:* »*sucensiae*«. *c:* »*sinicesia*«, *d, e:* »*linicesia*«. – [77] *b:* »*Stefanus*«. – [78] *c:* »*Spaleti*«. – [79] *b:* »*nostra*«. – [80] *b:* »*valuerat*«, *c, d:* »*valuerunt*«, *e:* »*voluerunt*«. – [81] *b:* »*donationem predictam mancipatam*«. – [82] *b: Seratinus*«. *c, d, e:* »*Firminus*«. – [83] Ostali prijepisi: »*ducis*«. – [84] Ostali prijepisi: *scripsi*«.

Prijepis *a* ima jednake notarske potvrde kao i prijepis *a* Trpimirove isprave, samo što mjesto »*Gasparum Hormaneum*« stoji »*Gasparum Vrmanum*«. Nad ispravom se nalazi natpis: »*Donatio in Domnio a Mancimiro duce de ecclesia sancti Georgii*«.

21.

918, mjeseca prosinca. U Zadru.

Oporuka zadarskog priora Andrije.

Prijepis na papiru s kraja XVII st. na dva dvolista 226×302. Ispisane 4 strane i jedan redak na petoj. Na prvoj strani prije samog teksta: »Copia tratta da una carta peccorina autentica esistente nell'Archivio di molto RR.PP. del monasterio di S. Grisogono«. Na petoj strani bilješka: »La carta pecora è nella presente capsula masso P.« Ovaj original na pergameni već u vrijeme Račkoga nije postojao. stoga se i Rački služi prijepisom XVII. st.[1]

Drž. arh. u Zadru: Spisi samostana sv. Krševana, kaps. XXIII, br. 14.

Lucius: Memorie istoriche di Tragurio, Venezia 1673., p. 192–194; De regno Dal. et Croat. lib. VI c. IV, 279. (djelomično). Farlati: Illyr. sacr. V. 39–40 (djelomično). Cod. dipl. CSD I, 75–76. Rački: Doc. br. 13.

Zbog brojnih razlika u čitanju izgleda da Lucius i prepisivač sačuvanog prijepisa nijesu imali isti predložak. Sudeći prema Luciusovim pogreškama dalo bi zaključiti da je on imao tekst pisan goticom. On čita na pr. »auferre« mjesto »auferte« očigledno zbog sličnosti gotskog kursivnog r i t. Tako isto čita

»testa cotioni« (i sam to smatra nerazumljivim), a to je bila vjerojatno obična kratica gotskog kursiva »testacōni« za »testacioni«. Farlati je preuzeo tekst Luciusa.

Konstantin VII Porfirogenet vlada od 913. Budući da sedma indikcija počinje 1. rujna 918, jasno je da je pisar izostavio kod broja godine brojku X.

Ovom oporukom su se detaljnije bavili: Šufflay, Die dalmatinische Privaturkunde, Sitzungsberichte der kais. Akademie der Wissenschaften, Philos.-hist. Klasse, Wien 1904. str. 7, 30, 32, 34, 49, 51, 54, 55, 64, 70, 135, 137, 139, 147. 158, 159, 161; Strohal, Pravna povijest dalmatinskih gradova I, Zagreb 1913., str. 65, 66, 207, 331; Kostrenčić, Hrvatska pravna povijest, Zagreb s. a. str. 27, 138, 139, 278; Janković, Istorija države i prava naroda FNRJ, Beograd 1948. str. 45, 48, 78, 82, 83, 88; Horvat, Oporuka splitskog priora Petra, Rad Jugoslavenske akademije znanosti i umjetnosti knjiga 283, Zagreb 1951., str. 119–174; Inchiostri, Contributo alla storia del diritto romano in Dalmazia nel X e XI secolo, Archeolografo, triestino, III. serie. vol. III, Trieste 1907, str. 85 i dalje.

In nomine domini nostri Jesu Chrristi et eiusdem incarnationis anno 908,[2] indictione 7ª, mense decembris. Imperante domino nostro Constantino piissimo ac perpetuo augusto. In ciuitate Iadera. Maturo namque et salubri consilio a maioribus peruisum[3] est, ut omnis homo ante dispensante[4] et deliberare suas facultates debeat priusquam repentine calamitatis casu periculo ingruente mortis metu urgeat, ne differente liberatio[5] aut articulum lingue loquendi careat usu, aut distributor in ultima corporis angustia positus sub celeri transitu optata sibimet testationi[6] explicare non queat. Idcirco ego tantillus peccator Andreas prior diuino iuuamine fretus, positus in infirmitate corporis pre[7] meum[8] decumbens lectulo, licet uiribus corporis inualidus, tamen mente domino auxiliante tutus, uolo et iubeo domino auctore et omnibus sanctis eius: in primum, ut domum, in quo iussus sum uiuere cum introitu et exitu suo habeat filio meo Andrea; et domum, que fuit de Theodosio tribuno, sit Agapi, filie mee, et matre eorum cum ipsis. Domum noua et alia domum iuxta sancto Laurentio cum et[9] orto ibidem et alio orto, que iuxta est, que emi de Iohanne, filio Teuderie,[10] uolo, ut habeant filii mei Niceforus, Petrus et Dobrosia; et tamen, ut insimul ambo fratres et Dobrosia edificent ipsa domo iuxta sancto Laurentio et recipiat eam Dobrosia, filia mea. Ista domo noua cum introitu suo abeant ambo fratres Niceforus et Petrus; et domum, que uenit michi de socero meo Niceforus tribunus, cum introitu et exitu suo uolo, ut habeat filia mea Anna; et pro eo, quod non est ipsa domo, sicut hec alie, adiunge ei uinea, que emi de coniux Auluci. Vineam namque da Pultago et aliam uineam de sancto Iohanne uolo. ut habeant filii mei et filie mee, que abeo de prima uxore. Et uinea da Uculo et alia uinea in Comareto uolo, ut habeant filius meus Andreas et filia mea Agapi cum matre sua Maria. Et si custodierit lectum meum, sit particeps cum eis; et si non custodierit, cedente ea,[11] quis[12] de meis tunc prefuerit, priuet eam. Et subtracte uinee ac terre. que uidentur fuisse de prima vxore mea Agapi, cetere uinee, que sunt. diuidant omnes filii mei et filie mee, et de prima vxore et de subsequens vxore, et coniux mea Maria diuidant[13] cum ipsis. Terre uero, que com-

paraui in Cabrona et ibidem alie terre, que michi euenerit de matre mea, et in Abrauicio, que euenerit michi de matre mea, uolo, ut habeant filii et filie mee, que sunt de prima uxore. Terre quoque,[14] que comparaui in Sicirani et alie terre ibidem, que michi euenerit de matre mea, uolo, ut abeant filius meus Andreas et filia mea Agapis cum matre, matre sua Maria.[15] De peculio autem trecenta capita uolo, ut abent (!) filii mei et filie mee, que sunt de prima vxore; et alia trecenta capita de peculio habeant filius meus et filia mea cum matre sua Maria. De pastore quidem Petro et alio Petro et Desiderio abeant filius meus cum filia mea cum matre sua Maria; Ominico cum filio et filia Desidana abeant alio (!) filii et filie mee. Armenta namque diuidant omnes filii et filie mee et vxor mea cum ipsis. Cetera namque, que sun[t] infra domo mobilia omnia, que uidentur esse, diuidant omnes filii mei et filie mee et vxor mea Maria cum ipsis. Et in sancto Grisogono dimitto uinea, que emi de Meźulo,[16] et terre a Duculo[17] que comparaui, et seruum et ancillam et centum capita de pecora et uno panno de sirico et uno sauano; in sancta Maria uno panno de sirico; in sancto Petro uno panno sirico; in sancto Thome uno sauano; in sancta Anastasia una coppa de argento et uno panno sirico. Firmino episcopo dimitto cauallum meum; Petro diacono, fratri meo, una coppa argentea et sella argentea; Odolberti[18] abbatis uestimentum de squirineo[19] inuestito cum panno uario et una lena caprina et una butte de uino et uno cauallo; Iohanni diacono coopertorio de lecto quirino, inuestito cum sirico, et uno feltro parato cum sirico. Ad sacerdotes detur pro anima mea centum capita de peculio et centum modia de grano et una butte de uino; et cetere oues et capre, que remanserint, dentur pro anima mea. Et in captiuis dentur solidi centum. Et naue uenundetur et detur pro anima mea. Et pro anima mea dimitto liberos Maruno[20] cum vxore et filia, et do ei uinea, que comparaui de Constantino magistro. Ominico Calbaroro[21] cum vxore sint liberi; libri(!) Casano,[22] filio Butirani; Iusto cum vxore sua et quattuor filii; filio Prisinacco,[23] filio Pribina,[24] Techamila,[25] Milica[26] de Sicirane cum duo filii; vxor Rarinacco[27] cum filio Strietecho,[28] Semissima, Zremilo. Omnes isti sint liberi. Ad Zanello dimitto uinea, que comparaui de Maria Venetica, et alia fassa[29] de uinea ibidem, que emi de Barbano de Cresconi.[30] Et si uult vxor mea Maria portionem suam possidere, obseruet lectum; et si duxerit uirum alium, omnia auferte[31] ab ea. Et, quo[32] absit, si unum de filiis meis aut filias obierint, omnes fratres eius et sorores parte defuncti diuidant. Hec quidem cuncta prelibata deo auctore uolo, ut firma et stabilis permaneat, et nullus unquam audeat uiolare. Quod si quis proteruus, deum non metuens, nostre deffininioni(!) parui pendens contraire uoluerit, iram dei omnipotentis patris et filii et spiritus sancti incurrat et maledictionem a 318 sancti[33] patres et lepra Naaman Syri plexus[34] inremediabilis crucietur et in nouissimo maledictionis cum diabolo et eius tetres ministros ac Iudas Scariothes in gehenne baratri muneretur. Actum hoc tempore, die, loco ac consule ut supra. Palam his testibus: sigillum manus[35] Formini, sanctissimi episcopi, Odolberti abbatis, Petri diaconi, commissori (!) fide huius de-

scriptionis, sigillum manus[36] Prestantii tribuni, Constantino tribuni, Vitalis tribuni, Georgii tribuni, Dabro tribuni, Anastasius tribunus, Paulo tribuno.

Et ego Iohannes diaconus iussu a supramemorato Andrea priore manu mea propria scripsi atque feliciter post traditam compleui. Amen.

[1] U biblioteci Filippi se je nalazilo deset dokumenata među kojima i jedan stari prijepis oporuke Andrije priora. Danas joj nema traga kao ni ostalima (Praga: Lo scriptorium di san Grisogono di Zara, Archivio storico per la Dalmazia VIII, p 35, 1929.) – [2] Pisarska pogreška mjesto 918. – [3] Lucius: »*proditum*«. – [4] Lucius: »*dispensare*«, a tako i Rački tu riječ ispravlja. – [5] Lucius: »*deliberatio*«. Tako i Rački nadopunjuje tu riječ. – [6] Lucius: »*testa cotioni*« (potcrtao Lucius). – [7] Lucius dio rečenice od »*positus*« do »*pre*« nije pročitao. – [8] Lucius: »*mecum*«. – [9] Rački netačno čita »*eius*«. – [10] Lucius i Rački čitaju »*Teudore*«. – [11] Lucius: »*et*«. - [12] Lucius ostavlja nerazriješenu kraticu »*qs*«. Kratica kako je navodi Lucius može značiti u XI st. »*qui supra*«, što bi se u ovom slučaju imalo odnositi na gore spomenutu djecu. – [13] Rački čita »*diuidat*«. – [14] Lucius: »*uero*«. – [15] Rački: »*cum matre sua Maria*«. – [16] Lucius: »*Mazulo*«. – [17] Lucius: »*de Uculo*«. – [18] »*Odolberto*«. – [19] Lucius: »*de quirino*«. – [20] Lucius: »*in primis Maruscо*«. – [21] Lucius: »*Calbaroso*«, a Rački: »*Caltaroso*«. – [22] Lucius: »*Cacuno*«. – [23] Lucius: »*Pricinaco*«. – [24] Lucius: »*Bribina*«. – [25] Lucius: »*Techamida*«. – [26] Lucius: »*Milia*«. – [27] Lucius: »*Rasinaco*«, a Rački: »*Racinacco*«. – [28] Lucius: »*Strieterio*«. – [29] Lucius: »*facia*«. Rački »*fossa*«. U sačuvanom prijepisu ispravno stoji »*fassa*« (= fascia) u značenju jedinice mjere za zemlju, koja se spominje i u oporuci splitskog priora Petra (br. 170). – [30] Lucius: »*Cresuni*«. – [31] Lucius: »*auferre*«. – [32] Rački: »*quod*«, što je gramatički sasvim ispravno. – [33] U prijepisu stoji samo »*san.*«, što Rački razrješava sa »sanctorum«. – [34] Lucius: »*plenus*«. – [35] Lucius: »*sigil. m.*«. Tako stoji i u sačuvanom prijepisu. Rački ipak čita »*signum (+) manus*«, što stavlja i pred imenima svih ostalih svjedoka. – [36] Vrijedi isto što je rečeno u bilj. 35

22.

Oko 925.

Papa Ivan X kori splitskog nadbiskupa Ivana što još nije posjetio apostolsku stolicu. Osim toga naređuje mu da iskorijeni nauku Metodijevu i zabranjuje svaku upotrebu drugog jezika u crkvi osim latinskog.

Ovo se pismo nalazi u rukopisu koji je Farlati nazvao »Historia Salonitana maior« *smatrajući njegovim autorom Tomu arhiđakona. Nije poznato prema kojem predlošku su nastali brojni kasniji rukopisi, od kojih su najstariji oni koji se danas nalaze u Rimu i to:*

1. Rukopis početka XVI st. u arhivu Kongregacije de propaganda fide pod signaturom № 264 s naslovom »III. Albania, Macedonia, Servia, Dalmatia et Illyrico 1648« na listovima 607–651.

Tekst ovog pisma nalazi se na f. 625v–626r.

2. Rukopis u Bibliotheca apostolica Vaticana. Barb. lat. 3218. Pismo se nalazi na f. 178–179.

3. Rukopis početka XVII st. u Bibliotheca apostolica Vaticana, Barb. lat. 828. Pismo se nalazi na f. 128v–129v.

Ostali prijepisi su mladi i sastavljeni prema gore spomenutim rukopisima.

Ovdje donosimo tekst prema rukopisu arhiva Kongregacije de propaganda fide, a varijante prema navedenim rukopisima 2. i 3. O samim rukopisima potrebne podatke donose: Rački, Ocjena starijih izvora, Književnik I. str. 385–387; Šišić, Priručnik str. 149–155 i 211–212; K. Šegvić: Toma Splićanin, Zagreb 1927, str. 166–172; Barada, Dalmatia Superior, Rad JAZU, 270 str. 102–104; Gunjača, Historia Salonitana maior, *Rad JAZU 283. str. 175-243; N. Klaić,* Historia Salonitana maior, SAN Beograd 1967.

U pogledu autentičnosti sadržaja ovog teksta postoje tri osnovna mišljenja:

1. Lucius smatrajući sav sadržaj izmišljenim veli: »Quaecumque in illo de actis conciliorum Dalmatiae, epistolis papalibus et epitaphio Zuenimiri regis scripta sunt, ea omnia ficta et supposititia sunt...« *(Inscriptiones Dalmaticae, Venetiis MDCLXXIII, p. 73).*

2. Farlati na više mjesta pobija Lucijevo mišljenje i smatra tekst potpuno vjerodostojnim. Tako na pr. veli: »Mihi vero omnes in hisce actis et epistolis insignitae notae veritatis apparent; nam tempora, personae resque omnes inter se omnino consentiunt...« *(Illyr. sacr. III, 84).*

3. Rački smatra da su saborski akti u pogledu sadržaja vjerodostojni, ali da su u pogledu oblika i stila prerađeni u kasnijim stoljećima. On naglašava da to osobito vrijedi za pisma papa Ivana X i Lava VI. (Rački: Doc.. str. 197). Sličnog je mišljenja i Šišić (Priručnik, str. 154–155).

O ovom problemu postoji obilna literatura, koju navodi Šišić u Priručniku na navedenim mjestima i u Povijesti Hrvata, str. 416–417.

Ovo pismo pape Ivana X donose sa svojim vlastitim ispravcima: Farlati. Illyr. sacr. III, 93; Cod. dipl. CSD. I, 77; Rački: Doc. br. 149a.

Rački datira ovo pismo kao i uopće prvi splitski sabor godinom 924; Kukuljević i svi kasniji pisci 925. g. Glavni oslonac za datiranje ovog pisma i prvog splitskog sabora jest podatak iz zaključka drugog splitskog sabora, gdje se veli da su papini poslanici došli u Hrvatsku »post biennium« *iza prvog sabora (br. 26.). Po svim historijskim okolnostima izgleda da je taj dolazak uslijedio krajem 927. Prema tome bi ovo pismo i prvi splitski sabor trebalo datirati sa 925. godinom. V. Sv. Ritig: Povijest i pravo slovenštine u crkvenom bogoslužju, Zagreb 1910.. str. 147/8 bilj. 39.*

Joannes[1] episcopus, seruus seruorum dei, reuerendissimo et sanctissimo confratri nostro Joanni, sancte Salonitane ecclesie archiepiscopo, omnibusque suffraganeis. Cum religio uestre dilectionis per tot annorum curricula et mensium spatia sanctam Romanam et apostolicam atque vniuersalem ecclesiam,[2] in cuius cathedra deo auctore nos presidemus, uisitare neglexit, omnino miramur; cum per caritatis augumentum omnis religio ad soliditatem fidei et ad lapidem pertinet[3] sicut scriptum est: »Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam«; meam videlicet, quid aliud dicere, nisi absque reprehensione et in fidei robore solidatam, non habentem maculam aut rugam, a qua omnes ecclesie[4] augumentum intelligentie atque saporem bone doctrine suscipere debent? Et quia fama reuelante cognouimus per confinia uestra parochie aliam doctrinam pululare, que in sacris uoluminibus non reperitur, uobis tacentibus et consentientibus, ualde doluimus, iuxta illud apostoli: »Si quis aliud docuerit preter id, quod in sacris

canonibus atque uoluminibus reperitur, etiam si angelus de celo fuerit, anathema sit«. Sed absit hoc a fidelibus, qui Christum colunt et aliam uitam per operationem se credunt posse habere, ut doctrinam euangelii atque canonum volumina apostolicaque etiam precepta pretermittentes ad Methodii doctrinam confugiant, quem in nullo uolumine inter sacros auctores comperimus. Vnde hortamur uos dilectus (!),[5] ut cum nostris episcopis Joanne silicet sancte Anchonitane et Leone sancte Pelestrine[6] ecclesiarum dei iuncti cunctaque per Sclauiniam[7] terram audacter corrigere satagatis ea uidelicet ratione, ut nullo modo ab illorum supradictorum episcoporum doctrina in aliquo deuiare presumatis, ita ut secundum mores sancte Romane ecclesie (in)[8] Sclauinorum[9] terra ministerium sacrificii peragant in Latina silicet lingua, non autem in extranea. quia nullus filius aliquid loqui debet vel sapere, nisi ut pater ei insinuauerit. Et quia Sclaui specialissimi filii sancte Romane ecclesie sunt, in doctrina matris permanere debent, sicut ait apostolus: »filioli, quos per doctrinam euangelii ego genui«; et iterum: »filius sapiens letificat patrem«. In hoc utique gaudemus, si Sclaui[10] nostram doctrinam sequi delectantur, ut deo sacrificium gratum exhibeant; quoniam qui non fide sacrificant et deo pura libamina offerunt, vereor, ne illis ueniat, quod scriptum est: »Maledictus homo, qui opera dei negligenter facit«. Vnde uos moneo, vt mala radix in uestris partibus[11] minime pululet, sed[12] uestra predicatione assidua desicata[13] maneat, vt deo fructum offerre ualeatis per predicationem uestri misterii[14] aliud[15] centesimum, aliud[14] sexagesimum. Qui habet aures audiendi audiat.

[1] Pred tekstom stoji naslov: »*Epistola, quam misit dominus Joannes papa per Joannem, episcopum Anchonitane ecclesie, et per Leonem, episcopum Palestrine ecclesie, ad Joannem, archiepiscopum Salonitane ecclesie.*« – [2] Barberinski rukopisi: »*sanctam Romanam ecclesiam apostolicam atque uniuersalem*«. Isto tako Rački. – [3] Barberinski rukopisi: »*pertineat*«. *Isto tako Rački.* – [4] Rkp. 2.: »*ecclesiastici*«. – [5] Barberinski rukopisi: »*dilectos*«, Rački ispravlja u »*dilectissimi*«. – [6] Barberinski rukopisi: »*Palestrine*«. – [7] Rački ispravlja u: »*Sclauinicam*«. Ostali prijepisi »*Salonitanam*«. – [8] Ovu je riječ dodao Rački. – [9] Barberinski rukopisi »*Sclauonorum*«. – [10] Rački ispravlja u: »*Sclaui(ni)*«. – [11] Barberinski rukopisi: »*pectibus*« *(?)* – [12] Rkp. 2: »*scilicet*«. – [13] Rkp. 2.: »*destructa*«. – [14] Barberinski rukopisi: »*ministerii*«. – [15] Rkp. 2.:»*alium*«, rkp. 3. prvotno »*aliud*«, naknadno ispravljeno u »*alium*«. Rački ispravlja oba puta u: »*alii*«.

23.

Oko 925.

Zaključci prvog crkvenog sabora u Splitu.

Ovi zaključci se nalaze u t.zv. »Historia Salonitana maior«. *O sačuvanim prijepisima v. br. 22.*

Tekst donosimo prema rukopisu arhiva Kongregacije de propaganda fide. fol. 628r–630r.

Ostali prijepisi kojih varijante se nalaze u bilješkama:
2. Barb. lat. 3218, fol. 180v–183r.
3. Barb. lat. 828, fol. 131r–133v.
O literaturi i datiranju v. br. 22.
Ove zaključke donose sa svojim ispravcima Farlati· Illyr. sacr. III. 96, Cod. dipl. CSD I, 78, Rački: Doc. br. 149/2.

[1]I. Quoniam[2] antiquitus beatus Domnius ab apostolo Petro predicare Salonam missus est constituitque,[3] ut ecclesia ipsa et ciuitas, ubi sancta eius membra requiescunt, inter omnes ecclesias prouintie huius primatis[4] habeant (!) et metropolis nomine[5] super omnes episcopatus legitime sorciatur, ita dumtaxat, ut ad eius iussionem episcopi, qui per diuinam gratiam cathedram ipsam retinuerint,[6] et sinodus celebretur et consecratio episcoporum;[7] quia dicente domino: »ubi fuerit (corpus),[8] illuc congregabuntur et aquile«.

II. Ut in cunctis ecclesiis, in quibus supra[9] recolitur episcopos habitasse, nunc autem clero, ordine et populis[10] sufficiens adest infra[11] dioceseos limites, episcopus habeatur; quia iuxta decreta patrum[12] non licet in modicis ciuitatibus uel villis episcopos statui,[13] ne nomen episcopi uilescat, et ut episcopus uacans uacantem diocesim cum consilio metropolitani et ceterorum episcoporum commune[14] accipiat.

III. Quoniam minime terminis a patribus statutis[15] transferri debent, unusquisque episcopus descriptos sibi terminos possideat et alienam diocesim nullatenus inuadat iure proprio seruato in regenerandis,[16] consecrandis[17] ecclesiis uel sacerdotibus promouendis atque a suo episcopo chrisma accipiendi[18]

IV. Ut possessione(s) ecclesiarum, que pro peccatis conditorum oblate sunt ad honorem sanctorum, secularibus minime mancipentur;[19] quia res deo semel dedicata humano dominio subdi non debet.

V. Ut si qua ecclesia uel possessio per priuilegium a fidelibus sub anathemate in principali ecclesia beati Petri apostol subdite sunt, minime substantur,[20] quatenus et offerentibus[21] et res ipsa tuentibus Chrysti clauigeri[22] Petri tueantur suffragiis.

VI. Ut si diuino iuditio[23] in tumultu plebis princeps prouincie occidatur, quia quod a multis committitur inultum manet uel[24] pro ipso reatu quis ignoscunt,[25] obnoxii debent esse pro ipsa anima helemosinas fecere, et si quam ecclesiam dedicauit, vel libertos fecit, defendere uxorem aut filios fouere benigne.

VII. Ut si quis malignus diaboli spiritu affato (!)[26] singulari consilio sicut Iudas dominum suum occiderit, lapideo collo[27] suspenso fer(r)o corpore precinctus exul peniteat.

VIII. De episcopis Ragusitano et Catharitano, quorum mani(fe)ste una sedis (!) dignoscitur, ipsam diocesim equa lance[28] inter[29] se diuidant ita, ut si unus dicte ecclesie pastor obierit, donec ordinetur episcopus residens[30] ipsius ecclesie ecclesiasticam curam gerat.

IX. De Licinio episcopo: ut in ecclesia, in qua ordinatus est, contentus permaneat et nullus deinceps in ea episcoporum uel presbiterorum mis-

sam celebret, donec proprius episcopus eam consecret canonice. Si quis postmodum presumptor in ea contra premisa fuerit,[31] a nostro collegio excludatur.[32] Quod si dictus Licinius nec legaliter in sua ecclesia persti-terit[33] heres, sed euentatus ut extraneus accedens et in sua malet prima adherere ecclesia, ut presbiter permaneat.

X. Ut nullus[34] episcopus nostre prouintie audeat in quolibet gradu Slauinica lingua promouere,[35] tantum[36] in clericatu et monachato deo deseruire. Nec[37] in sua ęcclesia sinat eum missas facere, preter si necessitatem sacerdotum haberent.[38] per supplicationem a Romano pontifice licentiam eis sacerdotalis ministerii tribuatur.[39]

XI. Ut episcopus Croatorum, sicut nos omnes, nostre ecclesie metropolitane subesse se sciat.

XII. Quod si rex et proceres Croatorum omnes dioceseos[40] episcoporum infra[41] limite nostre metropolis[42] suo cupiunt uindicare pontifici, nullus ex nostris per omnem prouinciam eorum ueque regenerationes faciat neque ecclesias uel presbiteros consecret, tam[43] in suis sedibus commorantibus pro misericordie [44] opus. Quisquis ad nos accesserit consecrari, regenerari, crismam sibi dari poposcerit, absque scropulo omni per totam prouintiam ipsam[45] tribuat.[46] De cetero autem ipsi[47] cum suo pontifice deo reddant rationem de his omnibus, que in eis christiane religionis dogma deffuerit.[48] nostra coram deo conscientia est (a)bsoluta.

XIII. Ut in ecclesia, ubi presbiter occisus est, ante satisfactionem ipsius uel plebi,[49] ut congruum ipsi episcopo uidetur, nullus missam faciat; et ut a presbiteris tres[50] ecclesie non destruantur neque semel suscepta ecclesia sine causa relinquatur. Quod si aliter fecerit, donec perdita restituat et ecclesia propria recipiat, excommunicentur.[51]

XIV. Ut uxores proprie deinceps non dimittantur, nisi propter fornicationem; quod si quis dimiserit, sic permaneat: et ut heredes suos,[52] seruos suos litterate[53] studiis tradant. Quicumque christianitatem perfectam habere cupiunt, ut illi eos instanter corripiant et ipsi eos libenter exaudiant, non ut peregrinos, sed ut proprios.

XV. Quod si sacerdotes incontinenter propter ipsam continentiam primam, quam sortitus est, separati a consortio celle, teneat uxorem:[54] si uero aliam duxerit, excommunicetur.

[1] Pred samim tekstom saborskih zaključaka nalazi se ova zabilježba: *„Tempore Ioannis pape sanctissimo(!), consulatu peragente in prouintia Croatorum et Dalmatiarum finibus Tamisclao rege et Michaelo (!) in suis finibus presidente duce, beatissimo igitur Ioanne Romane ecclesie presidente cathedra, dictus Croatorum rex et Michaelo cum suis proceribus simulque episcopis Dalmatiarum, idem Ioannes archiepiscopus primas Spaleto, Forminus, Gregorius ceterisque episcopis consulenter poposcerunt dictum uenerabilem papam, ut ad eos destinare dignaretur episcopos suos et monitorium christiane religionis dogma continentem. Quorum postulationibus sepefatus pontifex assensum prebens Ioannem, uenerabilem episcopum Anchonitane ecclesie, Leonem uero Pelestrinensem episcopum, cum suis epistolis meliflue ructantibus eloquia destinanuit, ut cum prefatas personas, iudicibus et episcoporum sinodaliter congregatis et perpera extirpare et deo placita canonice sancire deberent.* (Ovaj odlomak donosi Rački pred pismom pape Ivana nadbiskupu Ivanu – br 22.).

Zbog netačnog datiranja kao i zbog podudaranja uvodnih formula s oporukom priora Andrije iz g. 918. (br. 21) Rački nazivlje ispravu »charta suspecta«. Pogrešno datiranje je vjerojatno nastalo kao obična pisarska pogreška. Velika sličnost uvodnih formula s oporukom priora Andrije nastala je zato što su se različiti pisari i notari služili istim obrascima, koji su osobito kod oporuka bili u upotrebi dugi niz godina (v. M. Horvat: Oporuka splitskog priora Petra. Rad JAZU 283, str. 142).

[In] Christi nom[ine] et eiusdem anno incarnationis DCCCCLXVIIII,[1] indictione XII, sub die fere quinto decimo mense iulii, in ciuitate Iadera, imperantibus piisimis et perpetuis augustis Constantino et Basilio, cathedra pontificali regente Basilio episcopo et domino Maio priore. Maturiori namque et salubri consilio a maioribus prouisum est, ut omnis homo ante dispensare et deliberare suas facultates debeat, priusquam repentine calamitatis casu periculo [irr]uente[2] mortis metu urgeat, ne differente deliberatio aut articulum [lingue][3] loquendi careat ui[4] aut distributor in ultima corporis angustia [sub celeri positus transi]tu[5] optata sibimet testatione explicare non queat. [Idcirco ego tanti]lla Agape[6] peccatrix, filia Dabro tribuni, diuino iubamine [freta, posita in infirmi]tate super proprium meum decumbens lectulum, licet uiribus corporis inualida, tamen mente deo auxiliante tuta, integro autem consilio hunc .... onis de hereditate nostra scribere rogauimus, ita demum ..... ut post obitum meum ita maneat deo auctore firmum et stabilem .... ac si quidem pagina subscripta uidentur. In primis uolo et iubeo, [ut] cenaculo cum corte et quoquina et orto, quę est post ipsa

quoquina, sit in ęcclesia sancti Chrisogoni; domum, ubi fornax fuit, cum orticello, que est ante ipsam, similiter; orticello, quę est ante ecclesiam sancti Chrisogoni, similiter; portiones de terras, que habeo in Uculo, similiter; portiones de salinas, que habeo inter meos parentes, similiter; artatikio serico I, inuestitura de serico I, panno serico I, lisa[7] I, pennulas II, pirestres XX, mappas IIII, antelectulos III, capilectulo I, mappula ad calicem operiendum I, ... , racinas II, culcitras II, culcitrino I, capitales III, capitale de serico . . . . . . de serico I, caldarias maiores II, frixorias maiores II, cucuma. . . . . . mortario hereo I, sella ferrea I, vrceo hereo cum aquiminile, camastras II, deuteras II, archiscamno I, arcella I, buttes II, tina I, bussedo I, macinas pario I,[8] turabulo hereo I, stagniolo I. Hec omnia sit in ecclesia sancti Chrisogoni, et sicut prelibata est, ita deo auctore permaneat, nullus umquam ea audeat uiolare. Quicumque uero nostre deliberationi contraire uoluerit, iratum habeat patrem et filium et spiritum sanctum et maledictionem a CCCX et VIII sancti patres et in inferno cum diabolo et angeli (!) eius ac Iuda Scariothen muneretur. Actum tempore, die et loco ac consulibus, ut supra dictum est. His palam testibus: [+ Signum] manus Basilio, supradicto episcopo. [+ Signum] manus Maius, prior supradicto. + Signum manus Dabro tribunus, frater eius. + Signum manus Andreas presbyter. + Signum manus Drago, tribunus de Spalato. + Signum manus Uiato, tribunus de Apsaro. + Signum manus Maius tribunus Marra in Saco.[9] + Signum manus Maius tribunus Sclitula.[10]

[1] Trebalo biti: »*DCCCCXCVIIII*«. – [2] Prostor i ostaci pojedinih slova dozvoljavaju da se čita samo: »*irruente*«, dok Rački nadopunja: »*(ingr)uente*«. – [3] Ovaj i slijedeći tekst u uglatim zagradama popunjen je prema oporuci Andrije priora. – [4] Rački netačno čita: »*usu*«. – [5] Prema ostacima poteza pojedinih slova redoslijed je nešto drugačiji od onoga u oporuci Andrije priora. – [6] Iako je ovo mjesto oštećeno, ipak se sa sigurnošću moglo čitati ime »*Agape*«. Na poleđini tekst prvog regesta iz XVII stoljeća glasi: »*996. imperantibus Constantino et Basilio imperatoribus, testamentum Agapeti, filii Dabro, tribuni Jadrae, in quo reliquit ecclesiae s. Chrysogoni cenaculum cum curte et coquina et horto post ipsam coquinam, domum, ubi fornax fuit cum horticello ante ipsam domum et horticellum ante ipsam ecclesiam, et alia bona stabilia et mobilia.*« (Rački je taj regest na nekoliko mjesta krivo pročitao). Drugi regest glasi: »*Testamentum Agapi, fil. Dabro, tribuni Jadrensis quae legavit sua bona ecclesiae anno domini 969.*' – [7] Krajnje slovo *a* pisano je beneventanom. Rački to nije zapazio, pa netačno čita »*lisica*«. – [8] Rački čita ove dvije riječi kao jednu. – [9] Rački: »*tribunus marre insaco*«. – [10] Rački: »*Sclimaula*«.

34.

986–999. U Zadru.

Zadarski plemići ustupaju samostanu sv. Krševana pravo ribarenja na otoku Molatu i u uvali Tilagu na Dugom otoku.

Perg. 142×280. Pismo: beneventana.
Na poleđini kratki regest iz XIV st.
Drž. arh. u Zadru: Spisi samostana sv. Krševana kaps. XIV, br. 242.
Cod. dipl. CSD I, 95. Rački: Doc. br. 20.

Pod istom signaturom se nalazi u zadarskom drž. arhivu jedan prijepis iz kraja XV stoljeća koji je dosta oštećen, a ne sadrži nikakvih bitnih razlika. Papir 220×145. (Nagy: Mon. dipl. Ia.) Rački netačno tvrdi da se prijepis ove isprave nalazi u istom arhivu pod signaturom kaps. I m. H, br. 7. Taj se prijepis odnosi na ispravu iz 1078. (br. 132).

Rački je ovaj dokument datirao sa »cca a. 995.« bez obrazloženja.

Prior Madije I poznat je od 986–999. Svjedoci koji se spominju u ovoj ispravi isti su kao i u ispravi iz 986. (br. 31). Oni su mogli biti na životu do 999. g. Opat Madije je izabran 986, a u ovoj ispravi spominje se opat Trazo. Budući da nam nije poznat svršetak opatovanja Madija kao ni početak opatovanja Traza, moramo se pri datiranju ograničiti samo na nama poznate godine priorata Madija I. V. Šišić: Genealoški prilozi. Vjesnik arheološkog društva XIII (N. S.), str. 85, bilj. 4.

Tempore domni Magii, Iaderensis prioris, pro necessitatibus puplicis fuerunt uenditę piscationes: una in insula Melatta, altera in Tilago,[1] in ualle maiori sancti Uictoris ex parte altana, quę continet a loco, ubi Megarus[2] dicitur, usque ad casas, quę suę piscationis quartam portionem se habentibus dare solebant; quas non pauci Iaderensium nobiles emerant propter quartam piscium portionem. Sed quia sepe in diuisione piscium litigabant et se inuicem scindentes et cedentes lacerabant, dictus prior cum is[3] nobilibus inihit consilium, quo ipsa piscatio daretur monasterio beati Chrisogoni, Christi martyris; quod et factum est. Nam statim uenerunt ad ecclesiam prephati martiris cum cartula, in qua illorum nobilium nomina scripta habebantur; quam presente domino Trasone abbate suisque fratribus posuerunt super sanctum altare dicentes: Offerimus tibi, beatissime Chrisogone martir, pro remedio animarum nostrarum nostrę hemptę piscationis munus. Et si illud quis nostrorum uel aliorum superbie spiritu inflatus a tuo sacro cenobio uel ab eorum potestate, qui tibi in ipso deseruierint, subtrahere temptauerit, iram omnipotentis dei incurrat et trecentorum decem et octo sanctorum patrum maledictionem habeat et in nouissimo cum Iuda traditore omnibusque iniquis infernum possideat. Actum est hoc tempore supradicto ab his subscriptis nobilibus ac testibus. In primis uidelicet Maius, Iaderę prior, actor et testis. Domnius tribunus, Theodosius tribunus, actores et testes. Lampredius tribunus, actor et testis. Petrus tribunus testis. Maius tribunus testis. Dabro, frater eius, testis.[4] Ursana tribunus testis. Petrus tribunus. Barba tribunus. Nikyforus tribunus. Iohannes tribunus. Plato tribunus. Hi suprascripti et nonnulli Iaderensium nobiles huius rei actores et testes sunt.

[1] Rački netačno čita: »Silago« i smatra da se radi o otoku Šilo. *Tilagus* je današnja *Telašćica*, velika uvala na jugoistoku Dugog otoka (v. A. Strgačić: *Cella sancti Johannis in Tilago*, Časopis za hrv. povijest. br. 4 (1943). str. 321 i d.). To dokazuju i ostali toponimi, koji se ovdje spominju. Toponim »*Vallis maior sancti Victoris*« (najuvučeniji dio uvale Tilagusa) sačuvao se je u današnjem nazivu Citorij, a »*Megarus*« je današnja Magrovica (v. B. Finka: Porijeklo naziva Citorij, Radovi instituta JAZU u Zadru II i P. Skok: Slavenstvo i romanstvo na jadranskim otocima, str. 17).

– [2] U spomenutom prijepisu: »*Mecar* ...« – [3] U prijepisu »*his*«. Korektura Račkoga: »*suis*« *nije tačna.* – [4] U dokumentu br. 31 se među svjedocima između »*Ego Maio tribunus*« i »*ego Dabro frater eius testis*« nalazi »*Cernecha tribunus testis*«. Možda je pisar izostavio ime Cerneche, u koliko Dabro nije bio također i brat Maja.

35.

1000, 1. kolovoza. (?)

Pincije zajedno sa svojim rodom poklanja crkvi sv. Mihovila u Solinu neke zemlje.

Luciusovi ispisi, Kaptolski arhiv u Splitu nr. 538, ser. B, fol. 8v–11r.

Prema Luciusu su donijeli tekst Farlati; Illyr. sacr. III, 112–114, Cod. dipl. CSD I 97, Rački: Doc. br. 22.

Za ovu ispravu vrijedi isto ono što je rečeno o ispravi br. 32.

In Christi nomine. Amen. Anno natiuitatis eiusdem domini nostri Iesu Christi millesimo, indictione tertia,[1] regnantibus dominis nostris Basilio et Constantino, magnis imperatoribus, in regno Croatiae gubernante domino domino Dersislauo inclyto rege, residente etiam in sede beati Domnii domino Martino reuerendissimo archiepiscopo una cum domino Florino, principe[2] Spalati et Clysii, in pactis quidem superius dictis principibus tempore.[3] Ex quo ab exordio mundi primi parentes in peccatum inciderunt eiectique fuerunt ex paradiso deliciarum et expulsi sunt in regionem mortis, et[4] omnis status hominum ex tunc sit subiectus et ob id omnis mortalis homo repentinam formidet mortem et accidentalem, ne imparatus existens morti perpetuae in aeternam incideret poenam. Hanc ob causam ruminantes et considerantes cogitauimus nos supradicti[5] simul et concorditer inspirante nos spiritu sancto pro redemptione animarum nostrarum nostrorumque parentum ac haeredum nostrorum usque ad finem mundi, fecimus aedificare domum dei ad honorem sanctorum dei suprascriptorum in loco prope litus maris siue prope arenam. Primum prece obtinuimus a rege saxa theatri, ex quibus ecclesiam fabricaremus, et ille dedit nobis saxa et omnem circuitum terrae theatri ad honorem dei et ecclesiae beati Michaelis archangeli. Ego Plesus in primis emi terrenum, super quod aedificauimus ecclesiam, a quodam homine Slauonico nomine Sidica, qui fuit de loco nuncupato Chesica,[6] et a fratre suo Cero[7] octo denariis, quod habere, quo gaudere, frui, usufructuare et facere de ipso quidquid nobis placuerit. Aliud emi terrenum iuxta ecclesiam ab occidente a Firmarisco Chirini trium wretenorum denariis X, uolo et iubeo, ut sit dictae ecclesiae. Et iuxta dictum terrenum emi aliud terrenum a quodam Strioza, filii Zenici,[8] denariis quinque. uolo, ut sit istius ecclesiae. Item emi terrenum prope litus maris sub Sabulo a Zubinico denariis X. qui comoratus est iuxta flumen[9] in loco uocato Phrodrupglane,[10] uolo, ut sit huius ecclesiae. Post haec Theodorus, filius eius, accepit a me dictum

precium et firmam quietationem. Item emi portum illum post ecclesiam contra portam theatri a mari usque ad uiam terreni Prodani, ubi est murus in medio uetustus infra terrenum eius et meum, quod emi a dicto Prodano denariis XXXV; uolo, ut sit ih hac ecclesia. Emi etiam terrenum a superiori parte terreni arenae wreteni unius a dicto Sidica denariis X; uolo, ut sit dictae ecclesiae. Item ibidem emi iuxta illud terrenum aliud a Trapico[11] denariis tribus, uolo, ut sit eiusdem ecclesiae. Emi quoque aliud terrenum in ualle, quae dicitur Tribis,[12] a Michaele, filio Tribiseti, denariis uiginti; uolo, ut sit in dicta ecclesia. Item in eodem loco emi tres funiculos terrae a Trimonio et fratre suo Peciazito denariis VIII; uolo, ut sit dictae ecclesiae. Item similiter emi unum terrenum a Bericino Ciruica Tobri[13] denariis VII; uolo, ut sit huius ecclesiae. Emi etiam terrenum in loco, qui dicitur Lichina, a Chiso, qui est de loco dicto Repusina, denariis XX; sit dictae ecclesiae. Emi terrenum in loco dicto Barda[14] apud salinas usque supra uiam; uolo, ut sit istius ecclesiae. Emi itidem terrenum in loco dicto Billa a Petralo, qui fuit a Repusina denariis quinque; uolo, ut sit in hac ecclesia. Etiam emi ibidem terrenum iuxta Stiniza sub rupem. ab una parte rupis usque ad alteram, a Pazina denariis XX; uolo ut sit dictae ecclesiae. Item in eodem loco emi terrenum trans torrentem, qui labitur a Billa ab oriente, a Ciuicito Buzaicho[15] denariis XX; uolo, ut sit huius ecclesiae. Emi etiam terrenum in loco dicto Slano in uallem[16] incipiens a mari usque ad uiam publicam et a costa, quae ad mare protenditur, totam uallem illam a diacono Dabro et a filio eius Dominico denariis triginta; uolo, ut sit in eadem ecclesia. Ibi etiam iuxta dictam uallem emi similiter terrenum alterum a parte orientali mei terreni usque ad torrentem et uiam publicam a Dazina octo denariis, uolo, ut sit in eadem ecclesia. Emi etiam terrenum in loco, qui dicitur Schulcha,[17] iuxta terrenum domni Praestancii a Glubaz denariis quinque; uolo, ut sit istius ecclesiae. Item ego Pincius cum fratribus meis et nepotibus superius nominatis, omnes unanimiter, simul facto consilio dedimus duos molendinos, quos maiestas regia dederat nobis in perpetuum et posteris nostris; hos dedimus ecclesiae sancti Michaelis et cum insula, quae super illos est, prope quam uoluitur rota molendini ab oriente et iuxta quam decurrit aqua ad fullas et molendinum regium, a parte autem occidentis ad molendina s. Michaelis.

Haec facta sunt anno domini millesimo septuagesimo tertio, mense augusti die prima,[18] coram iudicibus et testibus Ioanne Podcupica et fratre eius Zulico, Negusio Podcupica, Cinico Tabiscauico[19] et Ioanne Curino, Maiano brauaro.

Ista autem pecunia supradicta terrenorum fuit ultimum precium siue superadditio precii.

[1] Trebala bi biti XIII indikcija, te je po svoj prilici prepisivač izostavio »*decima*«, – [2] Vjerojatno je u originalu stajalo »*priore*«. – [3] Rački smatra da je dio rečenice »*in pactis ..... tempore*«, naknadno umetnut, te ga izostavlja i u bilješki veli da bi morao glasiti: »*in pactis quidem sub dictis principibus (et) tempore*«. – [4] Rački ispravlja u »*cui*«. – [5] Ovo se svakako odnosi na utemeljitelje crkve sv. Mihovila t.j. na Pincija i njegove rođake, koji se poimence spominju u fundacionoj ispravi (br. 32).

Iz ovoga bi se dalo zaključiti da kompleks ovih isprava u sačuvanom obliku predstavlja neku vrst montaneuma ili katastika. – [6] Rački ispravlja u »*Chosiça*«. – [7] Rački ispravlja »*Ziro*«. – [8] Rački ispravlja u »*Stroiza, filio Zemici*«. – [9] Farlati, a po njemu i ostali imaju »*quod est iuxta flumen*«. – [10] Rački ispravlja u »*Poddupglane*«. – [11] Rački ispravlja u »*Tripico*«. – [12] Rački čita »*Tribiset*«. – [13] Rački ispravlja u »*(filio) Dobri*«. – [14] Rački ispravlja u »*Burda*«. – [15] Rački ispravlja u »*Ciuitico Bozzicho*«. – [16] Rački ispravlja u »*ualle*«. – [17] Rački ispravlja u »*Socholcha*«. – [18] Već Farlati upozorava na nepodudaranje datuma iz početka i kraja isprave tumačeći to ovako: »*Mendum haud dubie irrepsit; duas ergo voculas septuagesimo tertio expungas, et has substituas oportet, indictione tertia, uti est in prooemio; utrobique autem, ut diximus, Indictio XIII. reponi debet.*« To su tumačenje prihvatili Kukuljević, Rački i Šišić, dok L. Katić (l.c.) misli da je svećenik Grubac, koji je po njegovom mišljenju, u XIII stoljeću uredio taj registar, tek tada pobrkao red ili godinu. – [19] Rački ispravlja u »*Ciuitico Dabisclauico*«.

36.

Početkom XI st.

Pleso, sin Pincijev, poklanja crkvi sv. Mihovila u Solinu neke zemlje.

Luciusovi ispisi, Kaptolski arhiv u Splitu nr. 538, ser. B, fol. 11v.

Prema Luciusu su donijeli tekst Farlati: Illyr. sacr. III, 114, Cod. dipl. CSD I, 98, Rački: Doc. br. 23.

Za ovu ispravu vrijedi isto ono što je rečeno o ispravi br. 32.

Iako se ovaj tekst nastavlja na tekst isprave br. 35, donosimo ga napose, jer se u njemu navedeni događaji zbivaju nešto kasnije t.j. nakon Pincijeve smrti.

Post haec ego Plesus post mortem parentum meorum ueni habitatum Spalati cum familia mea. Et fecimus colloquium et consultum cum Maria, uxore mea, et filiis meis, cum primogenito meo Dabruco, Orbasio, Petrono, Ioanne et cum sorore eorum Norata.[1] Cum omnibus istis antedictis emimus ex nostra substantia propria terrena inferius dicta et pro redemptione animae meae ac Mariae, uxoris meae, dedimus ea dictae ecclesiae[2] secundum ordinem supradictum, uti continetur et ut ordinauerunt parentes nostri. Emi tres petias terrae a Ioanne cognomento Muralo in loco uocato Barda[3] usque ad terrenum Paganelli denariis VIII sine terratico; ad hoc testis est Murcha, amita mea. Emi a Siruo,[4] filio Lastari, possessiunculam uocatam Cassan denariis XI; testis fuit Basilius archidiaconus et Petrus Gatta cum duobus suis generibus et Puppina presbytero. Emi a sororio meo Daniele partem domus suae denariis X; testes Messana Gattina, Bacharinus presbyter et Andreas, filius Caste. In communi habeo cum ipso una petiam terrae apud s. Maximum, pro qua dedi illi tres denarios. Emi uallem unam in loco uocato Stinica supra terrenum s. Domnii denariis tredecim ab Abrico Tazo[5] et fratre suo; testes Simon Chruchola et brauaro.[6] Volo omnia ista sint dictae ecclesiae.

[1] Rački ispravlja u »*Nouata*«. – [2] T.j. »*s. Michaelis*«. – [3] Rački: »*Burda*«. – [4] Rački pretpostavlja da je prvotno ovo ime glasilo »*Zirno*«. – [5] Rački: »*Taco*«. – [6] Rački dopunjava »*(Maiano) brauaro*« prema ispravi br. 35.

37.

1018, mjeseca srpnja. U Rabu.

Rab se obvezuje plaćati mletačkom duždu godišnji danak.

Perg. 188×328. Pismo: gotica XIV stolj.

Drž. arh. Zadar: Spisi samostana sv. Krševana, kaps. 22a, br. 1. Rački je vjerojatno ovu ispravu pozajmio od Galzigne i ostavio u Zadru. Prijepis XIV st. u Cod. Treuisaneus: Archivio di Stato Venezia, br. 141r.

Lucius: De regno Dalm. et Croat. lib. II, c. 8, p. 80 (Lucius spominje da je ispravu prepisao prema primjerku u sakristiji rapske crkve. Danas ga tamo nema.) Farlati: Illyr. sacr. V, 226. Cod. dipl. CSD I, 99. Rački: Doc. br. 24.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eiusdem nostri redemptoris millesimo octauo decimo, mense iulio, indictione prima. In ciuitate Arbes. Spondentes spondemus, promittentes promittimus nos quidem Maius, episcopus dicte ciuitatis Arbes, simul ⟨simul⟩ cum Trumbellata,[1] priore nostro, vna pariter cum clero et populo habitante in ciuitate suprascripta cum successoribus seu heredibus ac proheredibus nostris vobis domno Ottoni, seniori nostro, duci Veneticorum et Da[l]maticorum, et sucessoribus uestris tributum dare omni anno libras de seta serica decem per nostrum missum in natiuitate domini nostri Iesu Christi; et si uobis uestrum missum transmittere placuerit, nequaquam supradictum tributum contradicere debeamus per nullum ingenium. Hec autem, ut supra legitur, omnia adimplere promittimus sine omni intermissione aut aliquo interposito capitulo. Si autem per quoduis ingenium non adimpleuerimus omnia, sicut superius legitur, in constituto tempore, tunc componere promittimus cum successoribus et heredibus nostris vobis et uestris successoribus auri obriçi libras quinque. Et hec promissionis cartula perpetualiter maneat in sua firmitate. Ego Maius episcopus manu mea scripsi. Ego Iohannes archipresbiter manu mea scripsi. Ego Petrus leuita manu mea scripsi. Ego Murcus (?)[2] diaconus manu mea scripsi. Ego Niciforus hec rogaui fieri. Ego Lampredius hec rogaui fieri. Ego Fuscus hec rogaui fieri. Ego Bonus hec rogaui fieri. Ego Martinus hec rogaui fieri.[3] Ego Bellata prior hec rogaui fieri. Ego Petrus hec rogaui fieri. Ego Sergius hec rogaui fieri. Ego Iohannes hec rogaui fieri. Ego Dabro hec rogaui fieri. Ego Maço hec rogaui fieri. Ego Petrus hec rogaui fieri. Ego Andriacus hec rogaui fieri. Ego Petrus diaconus rogatus a clero et populo scripsi atque compleui.[4]

[1] Ovdje se po svoj prilici radi o prioru Bellati koji se spominje među potpisnicima isprave. Ime Trumbellata uključuje u sebi »*trun*« (= *patronus*) i ime *Bellata* (v. Brunelli: Storia di Zara str. 303–304). Rački donosi samo »*Bellata*«. – [2] Napisano je *Mucus* sa valovitim znakom kraćenja. Možda je prvo *u* moralo biti *a*, pa bi prema tome bilo *Marcus*, kako čita i Kukuljević. Čitanje Račkoga *Dominicus* nije moguće. – [3] Slijedeća imena su napisana u drugom stupcu. – [4] Posljednja rečenica je napisana ispod oba stupca.

38.

1018, mjeseca srpnja. U Krku.

Krk se obvezuje plaćati mletačkom duždu godišnji danak.

Prijepis XVI. stoljeća u Cod. Trevisaneus, fol. 145r.

Archivio di Stato, Venezia.

Ljubić, Mon. spect. hist. Slav. mer. 1868., vol. I, p. 1; Cod. dipl. CSD. I. 99.; Rački: Doc. br. 25.

U spomenutom najstarijem sačuvanom prijepisu kod formule datiranja nema godine, ali prema sadržaju isprava je sigurno nastala 1018. godine.

Nad samim tekstom isprave u prijepisu se nalazi naslov: »Promissio Vegle«.

In nomine domini dei aeterni. Mense iulio, indictione prima. In ciuitate Vegla. Promittentes promittimus, spondentes spondemus per hoc vinculum repromissionis ego Vitalis, episcopus huius ciuitatis, cum toto clero simul cum Andrea, priore nostro, ita et omnes habitatores in ciuitate ista cum nostris successoribus et heredibus ac proheredibus nostris vobis domino Ottoni, seniori nostro, duci Veneticorum ac Dalmaticorum, et vestris successoribus tributum vobis dare promittimus et vestro pallatio omnique anno in natiuitate domini nostri Iesu Christi pelles vulpinas numero triginta. Quod si hoc recte in prestituto tempore, ut superius legitur, non obseruauerimus, componere promittimus cum successoribus et heredibus nostris vobis et successoribus vestris auri libras quinque. Et haec promissionis cartula plenissime maneat in sua firmitate. Ego Uitalis episcopus manu mea subscripsi. Ego Petrus diaconus. Ego Maio presbiter. Ego Cando presbiter. Ego Leo presbiter. Ego Dominicus diaconus. Ego Petrus presbiter. Signum manus Andreę prioris. Signum manus Barba. Signum manus Valentini. Signum manus Iusti. Signum manus Ioannis. Signum manus alterius Ioannis.[1] Signum manus Dominici. Signum manus Gregorii. Signum manus Ioannis. Signum manus Gregorii Bassi, Leonis, Mauritii, Leonis, Petri, Ioannis, Dabro. Veneto,[2] Berzane, Laurentii, Bocio et aliorum. Ego Maius presbiter hanc cartulam scripsi, firmaui atque compleui.

[1] Imena slijedećih pisana su u drugom stupcu. – [2] Ime teško čitljivo. Rački čita »*Voneto*«, a ispravlja u »*Voiato*«.

39.

1018, mjeseca kolovoza. U Krku.

Stanovnici grada Chafisole[1] *se obvezuju plaćati mletačkom duždu godišnji danak.*

Prijepis XVI stoljeća u Cod. Trevisaneus. fol. 145v. Archivio di Stato, Venezia.

Farlati: Illyr. sacr. V, 639. i po njemu Cod. dipl. CSU. I, 100. Rački: Doc. br. 27.

Isp. Rački, Rad JAZU 48, str. 222–223.

In nomine dei ac saluatoris nostri Iesu Chrysti. Anno ab incarnatione eiusdem redemptoris nostri millesimo octauo decimo, mense augusto,[2] indictione prima. In ciuitate, quae vocatur Vegla. Spondentes spondemus et promittentes promittimus nos quidem Godostro, qui modo vocatur Serenico, habitator in Chafisole, vna pariter cum Dabro presbitero atque omnibus habitatoribus prędictę nostrę ciuitatis Cafisole[3] cum nostris heredibus ac proheredibus et successoribus vobis domno Ottoni, duci Veneticorum atque Dalmaticorum, seniori nostro, et eius heredibus ac proheredibus et successoribus, vt amodo[4] in antea dare vobis debeamus pro tributo et vestris successoribus[5] usque in sempiternum per omnem annum pelles marturinas bonas quindecim in natiuitate domini nostri Iesu Chrysti per nostrum proprium missum ac fideles esse debeamus nos cum heredibus ac proheredibus nostris vobis et successoribus vestris et nullam contrarietatem nec damnitatem vestris fidelibus facere debeamus. Et si alii damnum facere voluerint ad vestram gentem, tunc scire eos facere debeamus,[6] quod plus citius poterimus, tam in die quam in nocte et adiutores ac defensores eis esse debeamus. Haec autem omnia, ut supra legitur, obseruare et adimplere promittimus sine omni intermissione aut[7] aliquo interposito capitulo. Si autem per quoduis ingenium prędictum tributum vobis non dederimus omni anno in constituto tempore et non obseruauerimus omnia, sicut supra legitur, tunc componere promittimus cum nostris hęredibus ac proheredibus vobis ac vestris successoribus auri obrizi libras quinque. Et haec promissio vsque in perpetuum maneat in sua firmitate.

Signum manus Serenico, qui hoc fieri rogauit. Ego presbiter Dobro[8] manu mea subscripsi. Signum manus Petri Formini,[9] qui hoc fieri rogauit. Signum manus Martini Stredrago, ut supra.[10] Signum manus Resinico.[11] Signum manus Uecina.[12] Ego Uitalis episcopus de ciuitate Vegla testis subscripsi. Ego Maius[13] presbiter testis subscripsi. Ego Ioannes testis subscripsi. Ego Andreas, prior de ciuitate Veglensi. Ego Dominicus Truntanesmaylati[14] subscripsi. Ego Maius,[15] presbiter et notarius rogatus,[16] scripsi et post tradita compleui et roboraui.

[1] P. Skok (Slavenstvo i romanstvo na jadranskim otocima, Zagreb 1950, str. 38) smatra da je to današnje selo Beli na Cresu. – [2] Rački: »*augusti*«. Osim toga Rački stavlja broj indikcije prije naznake mjeseca. – [3] Rački: »*Cha-Fisole*«. – [4] Rački: »*vide-*

licet a modo«. – [5] Rački samo: »*pro tributo*«. – [6] Ovaj dio rečenice od »*Et si*« do »*debeamus*« Rački izostavlja. – [7] Rački: »*atque*«. – [8] Rački: »*Dabro*«. – [9] Rački: »*Scamini*«. – [10] Rački: »*m(anu) s(ua)*«. – [11] Rački stavlja iza imena: »*s(ua) (manu)*«. – [12] Rački čita: »*Vecinto*«. – [13] Rački: »*Marinus*«. – [14] Ime vrlo nejasno napisano. Rački čita: »*Frutanis Maydiati*«. Ime je možda glasilo »*Trun Zanes Maylati*« (v. br. 37, bilj. 1). – [15] Rački: »*Marinus*«. – [16] Ovu riječ Rački ispušta.

40.

1018, mjeseca kolovoza. U Osoru.

Osor se obvezuje plaćati mletačkom duždu godišnji danak.

Prijepis XVI. stoljeća u Cod. Trevisaneus, fol. 143r.

Archivio di Stato, Venezia.

Ljubić, Mon. spect. hist. slav. mer. 1868, vol. I, p. 1–2. Cod. dipl. CSD. I, 101. Rački, Doc. br. 26.

U spomenutom najstarijem sačuvanom prijepisu kod formule datiranja nema godine, ali prema sadržaju isprava je sigurno nastala 1018. godine.

In nomine dei aeterni. In mense augusti, indictione prima. In ciuitate Absoro. Promittentes promittimus, spondentes spondemus per hoc vinculum repromissionis ego quidem Martinus, huius ciuitatis episcopus, simul et Ioannes prior ita et omnes habitantes in iam suprascripta ciuitate tam clerus et populus cum successoribus et hęredibus ac proheredibus nostris vobis quidem domino Ottoni, seniori nostro, duci Veneticorum ac Dalmaticorum, et successoribus uestris tributum dare promittimus vobis et vestro solatio[1] omnique anno in natiuitate domini nostri Iesu Christi pelles marturinas numero quadraginta. Quod si hoc recte in prestituto tempore, ut superius legitur, non obseruauerimus, componere promittimus cum successoribus et heredibus nostris vobis et successoribus vestris auri libras quinque. Et haec promissionis cartula plenissime maneat in sua firmitate. – Signum manus prioris, qui hoc fieri rogauit. Signum manus Viatro, qui hoc fieri rogauit. Signum manus Dannulo, ut supra. Signum manus alterius Viatro, ut supra. Signum manus Dabro, ut supra. Signum manus Petri, ut supra. Signum manus Martini, ut supra. Signum manus Adam, ut supra. Ego Maius diaconus, manu mea scripsi. Ego Vrsus diaconus, ut supra. Ego presbiter Petrus, ut supra.[2] Signum manus alterius Viatro, qui hoc fieri rogauit. Signum manus Stamiro.[3] Signum manus Barba. Signum manus Georgii. Signum manus alterius Petri. Signum manus Leonis. Signum manus Andreę. Ego Candussus presbiter. Ego Petrus presbiter. Ego Maurus presbiter. Ego Petrus Odelitteras diaconus manu mea scripsi. Signum manus omnium habitantium in suprascripta ciuitate. Ego Martinus episcopus hanc cartulam scripsi, firmaui atque compleui.

[1] Treba stajati: »*palatio*«, kako to ispravlja Rački. – [2] Slijedeća imena su pisana u drugom stupcu. Rački ima sasvim drugi redoslijed svjedoka, jer se je služio drugim prijepisom. Osim toga on uz svako ime ima formulu »*qui hoc fieri rogauit*«, gdje u najstarijem danas sačuvanom prijepisu, kojim smo se mi služili, stoji »*ut supra*«. – [3] Ova riječ je teško čitljiva. Rački čita »*Damiro*«.

41.

1020. U Splitu.

Oporuka splitskog nadbiskupa Pavla u kojoj ostavlja crkvu sv. Marije na Poljudu prioru Prestanciju.

Talijanski prijevod u kodeksu XVII stoljeća »Scritture del monastero di s. Stefano di Spalato«, fol. 25r–26r.

Biblioteca Marciana, Venezia. Classe V. Cod. LI, 5616 (Provenienza: Zeno Apostolo 300).[1]

Originalni registar s latinskim tekstom nije nam sačuvan. Farlati (Illyr. sacr. III, 117) veli: »Extant hae tabulae in codice MS, in quo continentur varia privilegia seu diplomata, quae ad Monasterium Benedictinum S. Stephani de Pinnis pertinent, ex antiquis membranis descripta, et in eum codicem relata per Ioannem Notarium. Hinc P. Philippus Riceputus earumdem tabularum exemplar sumpsit, quod cum in sermonem Italicum converterit, illius iterum latine reddendi necessitatem nobis imposuit«.[2] *Rukopis u Marciani ima vodeni znak (tri šešira sa kontramarkom AG), koji se javlja polovicom XVII stoljeća. (Isp. Monumenta chartae papyraceae historiam illustrantia V. The Nostitz papers, pl. 150–152. Hilversum MCMLVI.). Čudnovata izgleda Farlatijeva tvrdnja da je Riceputi preveo ove isprave na talijanski jezik, budući da je on započeo svoj rad 1697. g., dakle, dosta kasnije nakon pojave tog vodenog znaka. (Isp. M. Vanino: Illyricum sacrum i Filippo Riceputi. Croatia sacra 1931, br. 2.). Osim toga sve ostale isprave navode se u djelu Illyricum sacrum na originalnom latinskom jeziku, pa je nevjerojatno da Riceputi u ovom slučaju čini iznimku. Prema tome postoji mogućnost da već Riceputi nije imao originalni latinski tekst i da je rukopis u Marciani pisan prije Riceputijeva djelovanja, te da je Farlatijeva tvrdnja netačna.*

Farlati: Illyr. sacr. III, 117 donosi latinski prijevod koji preuzima Cod. dipl. CSD I, 102. Rački: Doc. br. 30 ima svoj vlastiti latinski prijevod.

U talijanskom prijevodu isprava je datirana godinom 1002. i indikcijom III. Međutim znamo da je Pavao postao splitskim nadbiskupom oko 1015. g. U vremenskom razmaku Pavlova biskupovanja treća indikcija dolazi samo 1020. g. Uzevši u obzir druge okolnosti takvo datiranje je najvjerojatnije. Teže je vjerovati da je pogrešna godina i indikcija, kako to misli Rački, koji je ispravu datirao sa 1030. godinom i XIII indikcijom. Isp. Bulić-Bervaldi: Kronotaksa spljetskih nadbiskupa, str. 170–174.

Nel nome di Christo. L'anno della sua incarnatione 1002[3] nel indittione 3ª, resedendo nella sede del beato Doimo don Paulo arciuescouo et essendo primate don Prestanzo suo padre. Io sopradetto arciuescouo benchè infermo del corpo, sano però di mente et spirito ritrouandomi in letto aggrauato d'anni et non hauendo facultà o denari non si è ritrouato chi auesse cura di me, se non Prestanzo priore, che però per mia spontanea uolontà m'è parso di donargli la chiesa, la quale ho edificato ad honore di santa Maria de Paludo et tutto quell horto con tutti i pomi et un altra pezza di terra dal Paludo et la terra del monticello et la terra da Laureto et la terra da Panisano et la terra dal Bello et la terra da Santa Maria de Mesabra et da Calbarola et dalla Torezza[4] et dall' Adrina. Et se alcuno de miei parenti dopo la mia morte uorrà contrafare e tagliare questa mia deliberatione, incorrerà nell'ira dell'onnipotente dio e la biastemma[5] dei 318 santi padri et andrà all' inferno da Giuda traditor del signore. Testimoni a ciò furono: Domenico giudicator, Dabro prete, Giovanni Succo, Dabro Gravalana, Fusco Grigina, diacono Farisano. Io Stefano diacono ho scritto, Doimo Caputa testimonio·

[1] Na zadnjoj korici s unutarnje strane nalazi se ulijepljena stranica ispisana rukom Ivana Kukuljevića s bilješkom: Seguono le copie possedente da me (Giovanni Kukuljević). Slijedi zatim popis isprava do g. 1198. Na dnu iza popisa nalazi se bilješka: La copia dei soprascritti documenti tratta da questo codice fu trasmessa al cavalier Giovanni Kukuljević Sakcinski di Zagabria l'anno 1856. E. Valentinelli. Taj se rukopis nalazi u Arhivu Jugoslavenske akademije pod signaturom II c 52. (Stara Kukuljevićeva signatura CCXVII). – [2] Farlati (Illyr. sacr. III, str. 148) ponovno veli: »*Extant huius donationis tabulae in codice pergameno, ubi descripta sunt instrumenta eiusdem coenobii s. Stephani, quibus continentur pene omnia, quae sive ex regum, sive ex privatorum hominum liberalitate monachi adepti fuerunt*«. – [3] Umjesto 1020. – [4] Rački: »*Toretta*«. – [5] Rački: »*biastemina*«.

42.

Poslije 1020. U Splitu.

Splitski prior Prestancije poklanja svom sinu crkvu sv. Marije.

Talijanski prijevod u kodeksu XVII stoljeća »Scritture del monastero di s. Stefano di Spalato«, fol. 26r.[1]

Biblioteca Marciana, Venezia. Classe V. Cod. LI, 5616 (provenienza: Zeno Apostolo 300).

Farlati: Illyr. sacr. III, 117 donosi latinski prijevod, koji preuzima Cod. dipl. CSD. I, 102. Rački: Doc. br. 31 donosi svoj vlastiti prijevod.

Ovaj dokument dolazi svakako iza oporuke nadbiskupa Pavla iz godine 1020. (br. 41), ali prije darovnice Petra đakona (br. 43), budući da se u ovoj spominje već prior Nikodem.

Io Prestanzo[2] priore faccio nota della chiesa di santa Maria, come la ho data a mio figliolo Girno;[3] acciò serua in quella, come deue seruire alla chiesa acciò sia bene offitiata, e doppo la sua morte la dia a chi debba servire in quella. Testimoni: l'abbate di san Stephano, mia sorella don' Anna. Dabriga,[4] mia consobrina.

[1] Isp. br. 41 i bilješku 1. – [2] Rački: »*Prestanzio*«. – [3] Rački: »*Zirno*«. – [4] Rački: »*Dabriza*«.

43.

Poslije 1020. U Splitu.

Petar đakon poklanja samostanu sv. Stjepana u Splitu neku zemlju s time da se na račun njegove ostavštine izradi jedan kalež.

Talijanski prijevod u kodeksu XVII stoljeća »Scritture del monastero di s. Stefano di Spalato«, fol. 28v i 29r. Vidi br. 41.

Biblioteca Marciana, Venezia. Classe V. Cod. LI. 5616 (Provenienza: Zeno Apostolo 300).

Farlati: Illyr. sacr. III, 118 donosi latinski prijevod koji nije potpun. Prema njemu donosi isti latinski prijevod Cod. dipl. CSD I, 105. Rački: Doc. br. 28 ima vlastiti latinski prijevod.

Ova je darovnica pisana svakako poslije oporuke nadbiskupa Pavla iz g. 1020. (v. br. 41). Jednu i drugu ispravu je pisao pisar Stjepan, koji se u Pavlovoj oporuci nazivlje đakonom a u ovoj ispravi svećenikom. (V. o tome: Stipišić J., Razvoj splitske notarske kancelarije, Zbornik Historijskog instituta JAZU 1954. str. 113.). O bratu Petra đakona, Martinu, koji je u to doba po svoj prilici bio pomoćni biskup u Splitu isp. Bulić-Bervaldi: Kronotaksa spljetskih nadbiskupa str. 172–173.

Nel nome di nostro signore Giesù Christo. Io Pietro diacono faccio breue donatione nel monasterio di san Stefano protomartire, nel quale piacendo a dio m'offero di servire al signore; però per inspiratione di dio, permissione di mia moglie, la madre et il reuerendissimo mio fratello don Martino così consigliandomi, sono entrato nel predetto monasterio, nel quale non doppo molto tempo oppresso da graue infirmità fui, come desiderauo, consegrato dal venerabile don Orso abbate, alla cui presenza et di tutti li frati ho fatto la presente donatione. Prima lascio che della mia portione faccino un calice d'argento con la patena per il culto diuino. Et similmente gli lascio la terra alla valle, la quale mi donò mia madre per l'ordine clericale. Gli altri ueramente miei beni che sono, così mobili come stabili, lasso a mio figliolo, se soprauiuerà, ma se piacerà a dio che l'muora, tutto uadi al monasterio. Et se alcuno s'opponerà a questa donatione, che a dio non piaccia, caschi nell'ira di dio et nella maleditione dei 318 santi padri et 12[1] apostoli e uadi con

Giuda traditore all'inferno. Furono fatte queste cose nel tempo di Paulo arciuescouo et Nicodemo priore alla presenza di questi testimoni: don Vrsone abbate et Giovanni Taina et don Pietro Macica[2] et don Fuscone, Vrsone Tortori e di tutta la congregatione et pre don Stefano et Ferna[3] diacono et Theodoro prete et Vrsone diacono et Graulo[4] figliolo. Et io Stefano monaco et prete ho scritto e fui testimonio.

[1] Rački mjesto broja ima »*santi*«. – [2] Rački ispravlja u »*Malica*«. – [3] Rački ispravlja u »*Perna*«. – [4] Rački: »*Grando*«.

44.

1022, 27. rujna. U Rimu.

Papa Benedikt VIII daje dubrovačkom nadbiskupu Vitalisu palij i odreduje područje njegove jurisdikcije.

Perg. 450×675. Pismo: mlađa kurijala. Isprava je dosta oštećena, a pismo izblijedilo.

Drž. arh. u Dubrovniku: Bečka skupina (bez broja).

Farlati: Illyr. sacr. VI, 42. Fejér: Cod. dipl. VII, 5, 48. Cod. dipl. CSD I, 104. Radonić: Dubrovačka akta i povelje I/1, 3.

Isprava se općenito smatra autentičnom. V. Šufflay: Acta et diplomata Albaniae I, 16; Diekamp: Zum päpstlichen Urkundenwesen des XI, XII und der ersten Hälfte des XIII Jhdts. (Mitteilungen des Instituts für öster. Geschichtsforschung, vol. III); Šišić: Letopis popa Dukljanina 69–71.

Kukuljević datira ispravu 1023. godinom. Međutim, ona je izdana 1022. g., budući da je u papinskoj kancelariji bila u upotrebi do 1037. g. grčka indikcija (koja počinje 1. IX). Prema tome 27. IX 1022. bila je VI indikcija. Isto tako je ove godine bila jedanaesta godina pontifikata pape Benedikta VIII, koji je postao papa 20. IV 1012.

+ Benedictus episcopus, seruus seruorum dei. Dilecto in Christo filio Uitali, archiepiscopo sancte Pitabritane sedis e ciuitate Labusedi in regno Lachomis et Sorbuli[a][1]et Tribunia uel ciuitate Katarinensi aut Antiuari seu Ulcini cum ecclesiis et parrochiis eorum. Si pastores ouium sole geluque pro gregis sui custodia die ac nocte contenti sunt, ut ne quam (!) ex eis aut errando pereat aut ferinis morsibus laniata rapiatur, quanto sudore quantaque cura semper d[ebemus][2]esse preuigiles erga gregem dominicum nos, qui pastores animarum dicimur, ne in die [diuini][2] examinis pro desidia nostra ante summum pastorem neglegentiae reatus excruciet, unde modo honor[is][2] reuerentia sublimiores inter ceteros iudicamur. Pallium autem fraternitati tue more antecessorum tuorum ad missarum sollempnia celebranda diebus uite tuae tantummodo tibi concedimus, consecrationem uero successorum tuorum nobis nostrisque successoribus in perpetuum reseruantes. Quod pallium non

aliter utendum tibi concedimus, nisi solummodo in die sancte resurrectionis et ascensionis et pentecostes seu in nataliciis sanctorum apostolorum et beati Iohannis Baptiste nec non in assumptione beate Marie, uerum etiam in ordinatione suffraganeorum tuorum. Pallium uero, sicuti a predecessore nostro domno Gregorio, huius alme sedis presule, sancitum est, in secretario induere fraternitas tua debet et ita ad missarum sollempnia proficisci. Et nihil tibi amplius liceat ausu temerario pr[e]s[u]mptionis arrogare, quam decessores predecessoresque tuos usos esse incognitum non habes, ne, dum in exteriori habitu inordinate aliquid arripitur, ordinate etiam, que licere poterant, amittantur. Hortamur itaque, ut morum tuorum ornamenta huic conueniant, quoniam huius indumenti honor modesta actuum uiuacitate seruandus est, quatinus auctore deo recte utrobique possis esse conspicuus. Uita tua filiis tuis sit regula; in ipsa, si qua tortitudo[3] illis iniecta est, dirigant; in ea, quod imitentur, aspiciant, in ipsa semper considerando proficiant, ut tuum uideatur esse, post deum, bene, quod uixerint. Cor ergo neque prospera, que temporaliter blandiuntur, extollant, neque aduersa deiciant, nullum apud te odia locum, nullum fauor indiscretus inueniant. Misericordem te, prout uirtus patitur, omnibus exhibe, oppressis defensio tua iuste subueniat, nullius facie(!) contra iustitiam accipias, ut talis possis esse, qualem scriptura dicit: »Oportet episcopum inreprehensibilem esse«. Ecce, frater karissime, inter multa alia ista sunt sacerdotii, ista sunt pallii, que, si studiose seruaueris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Sancta trinitas fraternitatem tuam gratiam (!) sue protectionis circumdet, ut post uite huius amaritudinem ad eternam simul dulcedinem peruenire mereamur.

Scriptum manu Gregorii, ypocancellarii domni Benedicti octaui pape, in mense septembri, die uicesima septima, indictione sexta, anno pontificatus eius undecimo.

+ BENE VALETE. Subsripsi.

[1] Danas je posljednje slovo ove riječi nečitljivo. Čitanje je preuzeto od Kukuljevića. – [2] Tekst u zaporkama je potpuno uništen, a čitanje je preuzeto prema Kukuljević. – [3] Farlati i Kukuljević netačno čitaju: »*fortitudo*«.

45.

1023, mjeseca kolovoza. U Dubrovniku.

Nadbiskup dubrovački Vitalis i knez Lampredije osnivaju samostan sv. Benedikta na Lokrumu.

U Državnom arhivu u Dubrovniku postoje pod istom signaturom: Acta s. M. M. saec. XI fasc. I no. 1 dva prijepisa ove isprave iz XIII stoljeća. Označujemo ih sa I i II. Njihove varijante nisu brojne, ali su značajne.

I

Perg. premazana taninom i zato teško čitljiva. 270×245. Pismo: notarska beneventana.

Tekst ovog egzemplara nalazi se u slijedećim rukopisima i izdanjima: Diversa not. 1632, fol. 7v–8v (Drž. arh. u Dubrovniku):[1] prijepis XVII st. (Drž. arh. u Dubrovniku: Acta s. M. M. saec. XVII br. 7); Mattei: Zibaldone, str. 215 (biblioteka franjevačkog samostana u Dubrovniku); Farlati: Illyr. sacr. VI, 44.

II

Perg. premazana taninom i teško čitljiva. 230×363. Pismo: rana gotica.

Tekst ovog egzemplara nalazi se u slijedećim rukopisima i izdanjima: Diversa not. 1471. fol. 112–113;[2] Zibaldone (biblioteka dominikanskog samostana, str. 213–214); Cerva: Sacra metropolis Ragusina, str. 15–18 (biblioteka dominikanskog samostana u Dubrovniku); Cod. dipl. CSD I, 103, a po njemu Šišić: Letopis popa Dukljanina str. 186. Šišić donosi u bilješkama varijante teksta I.

Mi donosimo tekst prema egzemplaru I smatrajući ga prema pismu, a i prema tekstu, starijim.

*Šišić smatra ovu ispravu originalnom za razliku od ostalih najstarijih lokrumskih isprava. Vidi o.c. str. 204–206. Međutim, on se ne obazire na onaj dio teksta koji govori o samom objektu darovanja (»*campum*« ili »*insulam*«). Ovo svakako upućuje na to da je netko kasnije ipak pokušao preinačiti tekst i na taj način proširiti granice posjeda samostana.*

Isprava je datirana prema indikciji i osobama koje se spominju.

In nomine dei eterni. Mense augusti, indictione VI, temporibus sanctorum imperatorum Basilii et Constantini. Breue recordationis factum a nobis Uitali archiepiscopo et Lampredio, preside ciuitatis Ragusitane, una cum omnibus eiusdem ciuitatis nobilibus. Ex eo quod dei instinctu et exardescente flamma caritatis puplicam donationem fecimus deo omnipotenti et quibusdam nostris conciuibus Leoni presbitero et Petro monacho campum scilicet illum, cuius nomen est uille in Lacromensi insula.[3] Cuius dandi occasio hec fuit. Hic itaque Petrus presbiter et monachus de Tremitana insula, in qua sub abbatis Roccii[4] regula degebat, quodam modo a nobis coactus uisendi causa[5] ad nos usque uectus est. Qui cum omnibus nobis salutatis ad suum uellet reuerti monasterium, omnes eum rogare cepimus, ut in hac nostra parte sibi monasterium puplico in loco et puplico aminiculo construi statuisset. Sed, cum omne hoc refutaret et ad suum mallet[6] reuerti locum, tandem dei dispensatione[7] quidam illustres coram eo reperti sunt, qui se profitebantur ac promittebant monasticam normam atque habitum sub eo velle suscipere. Hac de causa quodam modo motus[8] et coactus quadam ratione uidelicet, ne sibi coaptaretur illud euangelicum: »qui mecum non colligit, spargit«, superatus nostris precibus assensum prebuit. Et ideo ipso nobis consentiente, placuit nobis omnibus dare ei et iam dicto Leoni presbitero,

quem sibi ipse preposuit, campum illum, quem[9] supra nominauimus, cum omni quantitate sue latitudinis uel longitudinis, tali autem ordine, ut[10] sub monastico habitu et ordine illum[11] possideant ipsi et successores eorum absque omni impedimento nostro uel successorum nostrorum, et quidquid edificare uel agere uoluerint in usibus suis, edificent et libere agant et iuxta regularem consuetudinem omnino ordinent et dispensent ipsi, ut diximus, et successores eorum, quousque celica uirtus hunc monasticum ordinem illo in loco haberi permiserit. Si quis uero aut modo aut postea hoc nostrum reprehendere decretum attentauerit. omnibus clare uidentibus manifestum erit illum non causa amoris dei, sed diabolico instinctu uelle destrui hoc, quod congruit saluti omnium nostrum; et idcirco illum anathematis uerbere (!) fecimus, ut, si corrigi uoluerit, et eis de hac re contradicere presumpserit et eisque uel successoribus eorum molestiam inferre temptauerit, ubique eum subsequatur maledictio patris et filii et spiritus sancti et extraneus sit ab ecclesia dei atque segregatus de consortio regni celestis et communionis iustorum. Hoc est iudiciale[12] decretum promulgatum a nobis omnibus iudicibus nobilibusque supradicte ciuitatis. Scriptum est per manus Petri diaconi et notarii. Actum mense et indictione supranominata.[13]

† Signum manus Sisinni, filii domni Petri. † Signum manus domni Ualentini, filii domni Geruasi.[14] † Signum manus Lampredi, filii Bilze.[15] † Signum manus domni Andree de Surani. † Signum manus Peruane, filii domni Stephani. † Signum manus Stephani Lucari.[16] † Ego Andrea, filius domni Ceruasii testis.[17] † Ego Buzini, filius domni Sisinni, testis sum. † Ego Lampredi, filius domini Andree ..... † Signum manus Andree, filii presbiteri .... Signum manus Lampridi de Gabizara. † Signum manus Andree de archidiacono. † Signum manus domini de Ragusa(?). † Signum manus Carosi. † Signum manus Valentini de Pe......ca. Signum manus Petri ....[18]

[1] U ovom notarskom instrumentu od 28. veljače 1632. veli se da je prior i generalni administrator samostana na Lokrumu Vincentius a Neapoli zajedno s prokuratorima istoga samostana našao u arhivu samostana original (*»instrumentum original introscriptum ab ipso D. Vincentio repertum in archivio predicti monasterii Lacrumensis, ubi repositum erat«*). Zatim su dali napraviti prijepis i predali original na pohranu gradu (*»quod original prout productum et exhibitum fuit, est repositum et conseruatur in aula thesaurariae huius ciutatis pro maiori securitate monasterii praedicti, cum in insula Lacrumensi uel a pyratis rapi uel in domo praedicti monasterii sita hinc Ragusii, ubi nullus existit monacus, qui illud conseruare possit, facile ab allis surripi posset. Nam monaci in dicta domo per modum hospitii aliquando diuertunt non continue permanendo et dictus D. Vincentius addidit et pro euidentiori ueritate et infallibilitate donationis contentę, in suprascripto et infrascripto hinc registratur, prout requisiuit et registrari in archiuio archiepiscopali .....*«). Iza samog teksta isprave stoji ovjera notara: »*Ego Christophorus Liliatus, publicus et illustrissimae et excellentissimae reipublicae Ragusinae notarius, rogatus ac requisitus a supradicto admodum reuerendo D. Vincentio a Neapoli, priore ac generali administratore uenerabilis monasterii s. Mariae Lacrumensis, suprascriptum instrumentum, ut inueni in originali, nihil addito uel imminuito, sed ut iacet .....*« — [2] U uvodu ovog notarskog prijepisa se veli: »*Infrascriptum instrumentum donationis alias facte per comune Ragusii monacis ordinis sancti Benedicti de insula Lachromne hic registratum fuit, ut ipsius perpetua notitia sit ad instantiam uenerabilis domini Celsi de Mediolano, ad presens prioris monasterii sancte Marie seu sancti Benedicti de dicta insula Lochromne*

pro sacra congregatione sancte Iustine de Padua, cuius congregationis ad presens est dictum monasterium cum omnibus suis iuribus et pertinentiis. Et hoc uoluit ipse domnus Celsus, ut, si casu aliquo dictum instrumentum perderetur aut aliter in sinistrum iret, semper per hoc registrum de ipso instrumento plenaria notitia haberi possit. Cuius tenor sequitur et est talis...« – [3] U egzemplaru II iza »*Petro monacho*« stoji: »*absoluimus ab omni conditione et donamus Lacromonensem insulam*«. Riječ »*conditione*« je doduše teško čitljiva. Kukuljević to mjesto nije pročitao, pa stavlja »... *ione*«, a Šišić ga nadopunjava sa »*(impedimento et inquietac)ione*«. U svim kasnijim prijepisima stoji »*conditione*«. – [4] Kukuljević, a po njemu i Šišić čitaju netačno ovo ime »*Benedicti*«. U jednom i drugom egzemplaru kao i u svim kasnijim prijepisima stoji »*Rocii*«. – [5] Kod Farlatija nema »*quodammodo a nobis coactus*«. – [6] Egzemplar II »*uellet*«. – [7] Šišić i Kukuljević netačno čitaju u egzemplaru II »*disposicione*«. – [8] U egzemplaru II »*uictus*«. – [9] U egzemplaru II »*insulam illam, quam*..« – [10] U egzemplaru II »*quod*«. – [11] U egzemplaru II »*illam*«. – [12] U egzemplaru II »*speciale*«. – [13] Farlati ne navodi daljnji tekst. – [14] Iza toga slijedi u egzemplaru II »+ *Signum manus domni Vrsi sacerdotis*«. – [15] Egzemplar II »*Signum manus domni Lampredii uicarii, filii domni Bilze*«. – [16] Kukuljević i Šišić netačno čitaju »*Signum manus Ioannis uicarii*«. – [17] U egzemplaru II iza toga slijedi: » + *Ego Bucinus testis sum.*« A nakon toga slijedila bi imena nekih svjedoka, koja i notar Paschalis nije znao pročitati. U njegovom prijepisu nižu se ova slova: »+ *Ego k p b n f i u l k x s d p n p x p s b ... s x.* (Vidi: Jireček: Die mittelalterliche Kanzlei der Ragusaner, Jagić Archiv Bd. XXV, 503). Cerva u spomenutom rukopisu je pokušavao također dvaput transkribirati ovaj nejasni tekst i na str. 48 i bilješki 1 pretpostavlja da su neki plemići potpisali svoja imena »*Graece vel Sclavonicae*«. Za tu njegovu pretpostavku nalazimo potvrdu u činjenici da je potpis slijedećeg svjedoka u ovom egzemplaru djelomice napisan ćirilicom. Donosimo popis svjedoka, koji u egzemplaru II slijedi iza gornjih nerazumljivih slova: » + λαμπρι .. *filius Andree Saraca. + Signum manus Andree, filii presbiteri Norati. +Signum manus Proculi, filii domni Petri. + Signum manus Lampredii de Gamizara. + Signum manus Andree de archidiacono. + Signum manus Dominici, filii Uitalis de Bona. + Signum manus Carosi et signum manus domni Ualentini de Procoli. + Signum manus Petri, filii domni Stephani. + Signum manus Belleta, filii Petri.*« – [18] Egzemplar II ima na kraju slijedeću potvrdu notara: » + *Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo uicessimo nono, mensis septembris tertia die ostante. Temporibus domini Gregorii pape noni et domini Friderici inuictissimi imperatoris et domini Angeli Barozi patriarche Gradenici et domini Iacobi Theupuli, ducis Uenetie, et domini Arengerii, Ragusine ecclesie archiepiscopi, et domini Marii Stepane archiadiaconi et domini Iohannis Danduli, militis et comitis Ragusii, et domini Grimoaldi, abbatis predicti Lacromonensis cenobii, et domini Bubanne Petri, aduocati eiusdem cenobii. Ego presbiter Pascalis et comunis notarius iuratus per preconum et per laudationem predicti domini comitis et iuratorum iudicum et conciliariorum et ordinate curie cum sonitu campane, sicut uidi in matre, transcripsi in filia nil addens uel diminuens, ut predicta donacio et absolucio et absolucio predicti Lacromonensis cenobii sicut* .... (tekst sasvim izblijedio) ... *nec colore a nullo homine possit perturbari.*«

46.

Prije 1028.

Zadarski biskup Prestancije i njegov brat prior Majo (II) podižu crkvu sv. Mihovila na Pašmanu (»in insula in loco, qui antiquo nomine Flaueico dicitur, nunc uero Postimana nominatur«) *i daruje je samostanu sv. Krševana.*

Ovaj se podatak nalazi u ispravi iz kartulara sv. Krševana od 1067. (br. 79. O drugoj verziji iz kasnijeg vremena isp. bilješku 30. pod istim brojem).

Krajem 1028. javlja se u Zadru biskup Andrija (v. br. 47.), a prema dvama katalozima nalazimo biskupa Prestancija već 1018. (isp. Brunelli: Storia di Zara, p. 284). Budući da je protospatar Grgur bio zadarskim priorom g. 1033. (v. br. 51), očito je da je njegov otac Majo (II) obnašao tu čast prije tog vremena.

47.

1028 (krajem godine). U Obrovcu.

Jelenica, sestra bana Godemira, poklanja samostanu sv. Krševana u Zadru zemljište u Obrovcu.

Perg. Gornji dio teško čitljiv, jer je premazan taninom. 174×206. Pismo: beneventana.

Na poleđini goticom XIV st.: »De quadam terra, ubi dicitur Obrouiço« i regest XVII st.

Državni arhiv u Zadru: Spisi samostana sv. Krševana kaps. XVIII, br. 42.

Lucius: De regno Dalm. et Croat. lib. II, c. 8, p. 81 kao i Farlati-: Illyr. sacr. V, 42. samo spominju ispravu. Cod. dipl. CSD I, 106., Rački: Doc. br. 29.

Indikcija XII počinje 1. IX 1028. g. pa odatle slijedi da je isprava sastavljena u jednom od posljednja četiri mjeseca te godine.

O toponimu Obrovac, koji nikako nije današnji Obrovac na Zrmanji, v. V. Novak: Zadarski kartular, str. 225.

In nomine sanctę et unicę trinitatis. Anno incarnationis domini nostri Iesu Christi MXXVIII[01] indictione XII regnante domino Romano piissimo et potentissimo augusto, cathedram uero episcopalem presidente Andrea uenerabili episcopo in Iadera ciuitate. Ego Heleniza,[2] soror Godemiri bani, cartulam hanc recordationis de quadam mea oblatione, quam offere cupio in cenobio beati Chrisogoni martiris, iubeo fieri. Habeo enim territorium dimissum michi a matre mea in loco, qui dicitur Obrouizo, ubi et construxi ecclesiam ad honorem supradicti beati [Christi martiris][3] Chrisogoni, iuxta ecclesiam, quę ibidem sita est in honore beati Petri [apostoli].[4] Et sicut olim [commendaueram][5] spirituali patri, scilicet [Traso][6] abbati, ita etiam ex nunc in infirmitate posita, quamuis sana tamen mente, per manum spiritualis prefati patris mei offero me ipsam beato prenominato Christi martiri, offero eidem etiam mecum, quam ibidem costruxi, ecclesiam; offero quidem cuncta, quę in eodem loco mea sunt territoria; offero etiam gregem ouium cum pastore nomine Uilcona, duo paria boum cum duobus seruulis ad opus fratrum, qui ipsa colerent territoria. Hęc et alia de mea possessiuncula offero in prefato cęnobio pro remedio animę meę ad opus uidelicet fratrum ac dominorum meorum ibidem in Christi seruitio manentium. Si quis uero hanc meam oblationem a loco, in quo hęc oblata sunt, subtrahere temptauerit, iram omnipotentis dei incurrat et maledictionem CCC^torum^ X et octo sanctorum patrum habeat et cum Iuda Christi traditore in inferno muneretur. Acta sunt hęc[7] in loco predicto Obrouizo coram nonullis

testibus: Andreas, Iaderensis episcopus, testis. Trasus, abbas ce[no]bii[8] prefati, testis cum suis fratribus. Bolemir, iupanus Nonensis, testis. Radoniza testis. Ueliaco testis. Stephanizo testis. Desinna iupanus testis. Zouinna centurio testis. Et nonnulli Nonensium testes.

Ego Trasus, predicti cenobii beati Christi martiris Chrisogoni abbas, iussione supranominatę spiritualis filię meę Helenizę, huius cartulę auctor et cum fratribus meis testis sum. Amen.

[1] Dosadašnji izdavači isprave čitali su MXXVIIII. Iako je mjesto teško čitljivo, ipak je jasno da se znak »o« nalazi iza broja VIII, čime broj završava. – [2] Slovo »*H*« nad tekstom. – [3] Danas nečitljivo. – [4] Danas nečitljivo. – [5] Danas nečitljivo. – [6] Danas nečitljivo. – [7] Pisano nad crtom. – [8] U tekstu »*cebii*«.

48.

1000 – poslije 1030.

Kralj Krešimir (III) poklanja svom rodaku Madiju i njegovom sinu Dobronji (»cognato suo Madio et filio eius Dabrone«) *zemlju u Tokinji.*

Ovo se darovanje spominje u ispravi kralja Krešimira (IV) iz 1066/67 (?) (br. 77).

Rački netačno pripisuje ovu darovnicu Krešimiru II i po njemu je datira »circa a. 940.–46.« O Krešimiru III i njegovoj rodbinskoj vezi s porodicom Madijevaca isp. Šišić. Genealoški prilozi, Vjesnik hrv. arheološkog društva N. S. XIII, str. 85.

49.

1033, 5. srpnja. U Zadru.

Samostan sv. Krševana zamijenjuje kuću u Zadru, koja je nekoć pripadala Sanivenu, za kuću sinova nekog Konstantina.

Perg. 215 × 300. Pismo: beneventana.

Na poleđini goticom XIV st.: »De domo Constantini, quam dedit S. G.« i regest XVII st.

Drž. arh. Zadar: Spisi samostana sv. Krševana, kaps. IX, br. 1 (stari br. 120).

Lucius: De regno Dalm. et Croat. bil. II c. 9. p. 82 navodi samo početak. Farlati: Illyr. sacr. III, 42 donosi samo sadržaj. Cod. dipl. CSD I, 107. Rački: Doc. br. 32.

+ In Christi nomine. Anno ab incarnatione domini millesimo tricesimo III, indictione IIII, mense iulius(!), die V.[1] Regnante piisimo ac perpetuo augusto Romano, ciuitati Iadere regente cathedra pontificatus

domino Andrea uenerabili episcopus, nec non et ibidem prior dominus Gregorius et proconsul. Nos denique Trasius abbas deo auctore et sacra scriptura perscrutando bonam etenim nostram uoluntatem et pro firmam stabilitatem hoc testamentum fecimus de ipsa domum, que habuerunt ipsi filii Constantini cum omni pertinentia sua non longe ab ipso monasterio beati Chrisogoni martiris. Dederunt nobis ipsa domo et pro ipsa domo dedimus aliam domus, quę fuit Saniueni,[2] cum pertinentia sua et quattuordeci solidi setirici ex auro mundo per iussione domini Gregorii priori et proconsuli de ipsa ciuitate Iadere et per manu Martini Tragurini, missus ab ipso priore domino Gregorio, prior et proconsul, seu et a nobis et cum aliis bonis hominibus in ciuitate Traguriensis et ibi confirmauerunt cum notarius et cum aliis bonis hominibus, ut si aliquando tempore mutare uel remouere uoluerint, centum solidi componant et taceant per inuitis. Nam de ista conuenientia, qui fuit, sicut supradictum est, Martinus de ciuitate Iadera, filius Maurentii, iudicator, una cum Iohannes Tragurino, filius Piruo, presbiter, quorum illorum notitia testium:

Andree filius testis. Tribunus Uitali testis· Tribunus Drago testis. Archidiaconus testis. Draze tribunus testis. Drunuzanni, Paruacca filio. testis.

Et ego Maius diaconus atque notarius rogatus ab ipso Martinus iudicator hec pagina scribere procuraui et post traditam feliciter compleui. Amen.

[1] Godine 1033. bila je indikcija I. Za cijelo vrijeme vlade cara Romana III. (12. XI. 1028. – 11. IV. 1034.) ne pada nikada indikcija IV. To je, dakle, očita pogreška pisara. – [2] Po svoj prilici je ta kuća bila u Trogiru, inače bi daljnji tekst bio nerazumljiv.

50.

1034. U Zadru.

Savina, žena Gimajeva, poklanja samostanu sv. Krševana osmi dio svoje kuće.

Perg. nepravilnog oblika. 303 × širina gornja 141, šir. donja 101.
Pismo: karolina.
Na poleđini regest XVII st.
Drž. arh. u Zagrebu: Doc. ant. 2.
Cod. dipl. CSD. I, 107. Rački: Doc. br. 33.
Budući da je car Roman III umro 11. IV 1034., isprava je po svoj prilici izdana početkom te godine.

In nomine domini dei ęterni. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo XXX° III°, regnante piisimo imperatore Romano, in ciuitate autem Jadera presidente domino Andrea episcopo, prioratus autem eiusdem

ciuitatis regente Gregorio decentessimo uiro. Qualiter ego Sauina, uxor Gimmai, cogitaui diuina inspirante clementia meo animo pro remedium animę meę octaua pars de domus, quę uisa sum habere et que me tangere uidetur, in monasterio sancti Grisogoni offerre pro animę meę remedio, quatinus ea pars uidelicet octaua monasterium possideat in perpetuum, et ab eodem rectore, qui in eodem monasterio in die obitus mei uisus fuerit fore,[1] infelici corpori meo sepulturam tribuatur. Si quis autem post meum decessum in aliquo contrarius eiusdem octavę partiunculę esse uoluerit, habeat mecum una cum meis heredibus, habeatque maledictionem dei et sanctorum omnium sitque cum apostata dampnatus in die aduentus domini. + Ego Andreas episcopus, testis. + Ego Gregorius prior, testis. Ego Prestantius tribunus, testis. Ego Dabro tribunus, testis. Ego diaconus Petrus,[2] testis. Ego Anffredus presbiter scripsi et roboraui.

[1] »*fore*« je ispisano nešto manjim i bljeđim slovima iznad linije teksta. [2] Iza »*Petrus*« rupa, koja je vjerojatno postajala već pri pisanju isprave.

51.

1036, 13. veljače. U Zadru.

Zadarski građani ustupaju vrt pred crkvom sv. Tome samostanu sv. Krševana.

Perg. sa malim rupama na četiri mjesta. 230×110. Pismo: karolina.

Na poleđini goticom XV st.: De orto sancti Tome; i regest XVII st. s netačnom godinom 1026.

Drž. arh. Zadar: Spisi samostana sv. Krševana, kaps. I, m. B, br. 2.

Lucius: De regno Dalm. et Croat. lib. II, c. 9, p. 82 i Farlati: Illyr. sacr. V, 43 donose samo početak i to prema zapisima Valerija de Ponte. Ljubić: Dva popisa manastira sv. Krševana, Starine XIX, 87. Cod. dipl. CSD I 110. Rački: Doc. br. 34.

* In nomine sancte[1] et unice trinitatis. Ab incarnatione filii, qui est coaequalis patri, anno millesimo XXXVI, indictione IIII, mense februario, die XIII, Romani uero imperii dignitas gubernante sanctissimo Michahelo. Hęc securitas iussus sum exarare a prudentissimo Gregorio, protosparatario et stratico universę Dalmatię. Nunc itaque, qualiter iam predictus senior cum uenerabili Andrea episcopo universisque magnatibus nec non et minimis eorum in episcopii domum sanctę Anastasię conuenerunt, fari incipiam. Extitit enim conuentus eorum huius rei. Quia[2] inspirante summa diuinitas, ut famulatum dignum deo exhibeant, qui in sancti Chrisogoni cęnobio milita[n]t et mens[3] eorum, cum ad opus diuinum conu[e]niunt, solida firmaque persistat, quod dominus Transo, abbas reuerentissimus, petiit, ei concedere magnificus Gregorius,[4] pro-

* hrizmon.

tospatarius et stratico, et uenerandus Andreas episcopus cum omnibus magnatibus studuerunt. Est namque ante ecclesiam sancti Thome apostoli hortum iuxtapositum inchoatum habens ędificium, nosque cum consilio domini episcopi et uoluntate cunctorum ciuium nostrorum in monasterio sancti Chrisogoni, ut dominus petiuit Transo, deuotissime ei concedimus, ut sit in eius, quiue post eum futuris, potestatem faciendi quicquid illis uoluntas ministrauerit sua, cum consilio fratrum ibi degentium ad utillimam rem monasterii. Si quis autem hęc nostrę securitatis corruptor presumptuosus suggerente iniquo inuentus fuerit, persoluat III auri libras ad predictum cęnobium. Et hęc securitas firma permaneat et incorrupta. Gregorius, protospatarius stratico, testis. Andreas episcopus, testis. Prestantius tribunus, testis. Dobro tribunus, testis. Cerne . .[5] tribunus, testis. Gregorius de episcopo, testis. Petrus de Belata, testis. Basilius de Pola, testis.

[1] Rački: »*sanctissime*«. – [2] Rački: »*Qua*«. – [3] Ovo mjesto Rački nije mogao pročitati, pa je netačno nadopunio: »*(quie)s*«. – [4] Ova je riječ pisana u skraćenom obliku, pa je Rački netačno čita »*quoque*«. – [5] Rački nadopunja »*Cerne(ca)*«.

52.

1036. U Zadru.

Sergije, sin Petrov, daje samostanu sv. Krševana polovicu svoje kuće u zamjenu za drugu kuću.

Perg. u donjem dijelu dosta oštećena taninom. 185×125. Pismo: karolina.

Na poleđini goticom XV st.: De domo sancti Grisogoni. Dva regesta XVII st. od kojih gornji donosi godinu 1026.

Drž. arh. Zadar: Spisi samostana sv. Krševana kaps. IX br. 36 (stari br. 22).

Lucius: De regno Dalm. et Croat. lib. II, c. 9, p. 82 donosi samo početak isprave. Ljubić: Dva popisa manastira sv. Krševana, Starine XIX, 87, 88. Cod. dipl. CSD. I, 110. Rački: Doc. br. 35.

+ In nomine summę et indiuidue trinitatis. Millesimo XXXVI[1] anno a Christi incarnatione, indictione uero IIII, Michahel gloriosissimo imperante, in finibus uero Dalmatiarum honor protospatarii et stratico Gregorio, uiro illustrissimo, procurante, in sanctę Anastasie autem ecclesia episcopalem apicem Andreas uenerandus gerebat. Sub istorum temporibus ego Sergius, filius Petri, hanc securitatem scribere feci de medietatem (!) meę domus cum curte pertinente per ad ea ad monasterium sancti Chrisogoni. Pro qua medietate per incambium dedit michi et heredibus meis domnus Transus, uenerabilis abbas, domum de Malic, que est ad portvm. Et ideo ego Sergius cunctis scientibus hanc securitatem concedo et trado ipsi domino abbati de medietate meę domus cum[2] curte pertinente ad ea, ut sit in monasterio sancti Chrisogoni per

cuncta secula seculorum. Si autem ego aut ullus heredum meorum uel aliqua quelibet persona hanc securitatem corrumpere temptauerit, componat X libras auri. Et hec securitas firma permaneat. Gregorius, prior et protospatarius [testis. Andreas episcopus] testis. P[restant]ius trib[unus], testis. Dobro tribunus, testis. Cerneca [tribunus], testis. Petrus de Bel[ata testis].[3] Gregorius de episcopo, testis.[4]

Ego Anffredus sacerdos et notarius scripsi et roboraui.

[1] Brojke XXX su ispisane spojeno tako da se mogu čitati i kao XX rastavljeno sa produljenim krakovima. To je pri datiranju zavelo i sastavljača regesta iz XVII. st. – [2] Pisar zabunom napisao »*cūr*«. – [3] Tekst u uglatim zagradama je danas potpuno nečitljiv zbog tanina, pa ga donosimo prema Račkomu i Ljubiću. – [4] Rački izostavlja ovog svjedoka.

53.

1033–1036.

Zadarski prior i strateg Dalmacije Grgur zajedno sa svojim rođacima, sinovima biskupa Prestancija, potvrđuje darovanje crkve sv. Mihovila na Pašmanu, koju su samostanu sv. Krševana poklonili isti biskup Prestancije i njegov brat, Grgurov otac, prior Majo (II).

Ovaj se podatak nalazi u ispravi iz 1067. godine u kartularu sv. Krševana (br. 79. O drugoj verziji iz kasnijeg vremena isp. bilješku 30 pod istim brojem).

Zadarski se prior strateg Grgur javlja 1033–1036.

54.

1039. (?)

Ljutovit, protospatar i strateg Srbije i Zahumlja, poklanja benediktinskom samostanu na Lokrumu crkvu sv. Pankracija u Babinom polju na otoku Mljetu.

Postoje dvije varijante ove isprave, koje označujemo sa I i II.

Šišić (Letopis popa Dukljanina, str. 207–209 i 215–227 donosi kritičku analizu ove isprave smatrajući je falsifikatom iz početka XIII stoljeća, koji je učinjen prema ljetopisu popa Dukljanina.

Opat Petar javlja se od 1023–1050/4, a Ljutovit »princeps regionis Chelmanae« *javlja se u Ljetopisu popa Dukljanina (gl. XXXVIII) otprilike u jesen 1043. Sedma indikcija dolazi u spomenutom razdoblju samo 1024. i 1039. godine.*

I

Perg. 140×135. Pismo: notarska beneventana.
Drž. arh. u Dubrovniku: Acta s. M. M. saec. XII 26(cis) C II.
Šišić: Letopis popa Dukljanina, str. 189.

[1] Sigillum Litouiti, protospatharii epi to chrusotriclino, ypati et stratigo Seruię et Zachlumię, et datum tibi Petro abbati et reliquis fratribus in mense iulio, indictione[2] septima.

...[3] predictus uenerabilis Petrus abbas et fratres eius postulauerunt nobis sanctum[4] Pancratium de Babina, quod est in Meleta, quatenus hoc habeant in postestate sua. Nos autem cognoscentes eos iustos esse etiam et certantes[5] propter salutem hominum secundum postulationem eorum fecimus et dedimus eis prephatam ecclesiam,[6] ut non uirtutem patiantur neque a Raguseis neque ab aliis quibuscunque hominum, sed, ut ordinent ibi abbates, quos uoluerint. Quisquis autem presumpserit impedire predictum abbatem Petrum, habeat maledictionem patris et filii et sancti spiritus et eiusdem uirginis matris. Et post obitum predicti abbatis quemcumque constituerit in sancta ecclesia, ipse habeat eam. Et propter stabilitatem et securitatem illorum datum est eis presentem (!) sigillum, quod cum nostro uullotirio signatum est supter[7] in mense et indictione[8] prescripta.

[1] Ovo je mjesto radirano. Postoji ostatak nekog znaka sličnog velikom slovu L. Šišić smatra to ostatkom hrizmona. – [2] Najvjerojatnije je da kraticu »*ind*«, koja završava vitičastim zavijutkom treba razriješiti sa »*indictione*«. – [3] Prva je riječ skoro potpuno radirana. Šišić »*idem*«, iako se to ni po čemu ne može utvrditi. – [4] Od »*sanctum*« do »*Babina*« je radirano i kasnije drugom rukom ispisano. – [5] Šišić netačno čita: »*cernentes*«. – [6] »*ecclesiam*« kasnije nad razurom napisano istom rukom i tintom kao gore. – [7] Šišić čita »*supra*«. – [8] Za ovo vrijedi isto što i pod bilješkom 2.

II

Perg. 265×70. Pismo: karolino-gotica.

Drž. arh. u Dubrovniku: Acta s. M. M. saec. XII 26 (bis).

Prema rukopisu Mattei »Zibaldone« I, 181 (biblioteka franjevačkog samostana u Dubrovniku)[1] ovu varijantu isprave donose: Farlati, Illyr. sacr. VI, 45; Cod. dipl. CSD I, 105 (s datumom »oko godine 1025. dne 7 srpnja«); Smičiklas Cod. dipl. II, 68–69 (s datumom »oko god. 1151.«). Prema spomenutom rukopisu iz Državnog arhiva u Dubrovniku tekst donosi Šišić: Letopis popa Dukljanina str. 190.

Na poleđini se nalaze slijedeći kratki regesti i bilješke:

a) savremenom karolino-goticom: »facta a Lutauito de ecclesia sancti Panchratii;

b) goticom XIV st.: »Donatio facta monasterio de ecclesia sancti Panchratii de insula Melete in omnibus suis terris«.

c) rukopisom XVIII st.: »ad numerum 26 an. 1151«.

Sigillum Lotauitti, protospatarii epi tho chrussotriclino, ypati et stratigo Seruie et Zachulmie, datum est tibi Petro abbati et reliquis tuis fratribus in mense iulio in die septima.[2] Idem predictus uenerabilis Petrus abbas et fratres eius postulauerunt nobis ecclesiam sancti Panchratii de Babbina palla, que est in Meleta, cum omnibus terris, quatinus in potestate sua omni tempore possiderent. Hec enim petitio ualde placuit nobis dare locum istum his dei fidelibus seruis pro salute nostra et pro remissione animarum omnium nostrorum defunctorum. Igitur concedimus et stabilite damus eis prephatam ecclesiam cum omnibus terris, ut nulla (!) uim uel inquietationem patiantur neque a Raguseis neque a Stagnensibus neque ab aliis quibusque hominibus Latinis uel Sclauis, sed semper sine calumnia et sine impedimento omnis umane[3] persone locum prephatum possideant. Quicumque autem causa inuidie eis impedimentum fecerit, dei omnipotentis et uirginis Marie et principis apostolorum Petri omniumque sanctorum maledictionem habeant. Damus et stabilite affirmamus et sigillum cum nostro uulotirio signamus eis. Datum in mense iulio in die[4] prescripta.

[1] U spomenutom rukopisu Mattei-a prije samog teksta isprave stoji: »*Copia di una scrittura in certa pergamena esistente nell'archivio del monistero di Lacroma nel dominio di Ragusa*«. – [2] Šišić ispravlja ovo mjesto prema varijanti I u »*indictione*« *septima*«. – [3] Kukuljević i Šišić čitaju netačno »*uicine*«. – [4] Ovdje važi ista napomena kao i kod bilješke 2.

55.

1040. U Splitu.

Splitski prior Nikifor nabraja kupljene nekretnine.[1]

Perg. sva premazana taninom tako da je teško čitljiva. Donji uglovi su zaobljeni zbog prirodnog oblika pergamene. 300×175. Pismo: beneventana.

Na poleđini kratki regesti XV i XVII st.

Arh. samostana sv. Marije u Zadru, fond samostana sv. Rajnerija u Splitu.

Lucius: Inscriptiones Dalmaticae, Venetiis 1673, p. 66 i Farlati: Illyr. sacr. III, 126. donose samo početak isprave. Cod. dipl. CSD I, 111. Rački: Doc. br. 36. Mjesta koja su danas nečitljiva preuzeta su prema čitanju Račkoga u zagradama

P.[2] In nomine sanctę et indiuidue trinitatis. Anni quoque dominice incarnationis millesimo XL per indictione prima.[3] Regnante domino nostro perpetuo ac piissimo augusto Michahelo, magno imperatore, residente uidelicet Lampredius archiepiscopus una cum Nikiforio priore. Sub illorum namque temporibus ego Niciforius prior hęc breue recordatio iubeo conscribere de comparatione domorum (et) territoriis. In primis comparaui ipsa parte de turro et paratineas de Petrana Casilina per XIIII solidos per finem tenendi, donandi cui michi placuerit. Quorum

notitia testium: Fusci Gricine teste, Tiueri teste, diacono Sema teste. Ideoque comparaui a Danielu partem illius de ipsa turro per XX solidos per finem, et a cognatu eius Zune presbiter, dedi illi casa a sularu, quod comparaui de Zalaca, et dedit michi in scamparactione per se per XX solidos: Gricine testis, diaconus Platumissa testis, Zuuerana testis, Petrana Traguri testis. Similiter comparaui quartam partem de ipsa turro de filia Toduru, Audocu uxore, Uueranizza per XXX solidos per finem in presentia horum testium: ep(iscopus Lamp)redius, (D)omini(cus) iudiactor testis, (ar)chidiaconus Fusco testis, Crebesoy (?) testis, Kassanagu testis, Platumissa testis, Duimo Caputa testis, Zuuerana testis et in presentia Ursana de Petrana Masitulo et Dominicus Pundrulo et Graulu, fratres illius mulieri. Omnes hi testes et omnes illos inquisiuimus et per illorum iussione comparauimus. Ideoque comparaui partem illius Bucta[4] de ipsa turro et de paratinea per VII solidos per finem: Zorgi Polludusa testis, Platumissa testis. Insuper comparaui partem de presbiter Carauia per VIII solidos: Platuchlebu testis, Petrana Tragurinu testis, Kassanagu testis. Attamen comparaui partem de ipsa turro de filia Bona Lampata de intus et foras per XII solidos per finem: Kassanagu testis, Zuuerana testis, Sema testis. Insuper emi partem de turro de uxor presbiteri, filio Sassu, de intus et foras per X et VIII[5] solidos per finem. Et hec notitia testium: Fusci Grizzine testis, Duimii Grassu[6] testis. Zuuerana testis. Ideoque comparaui partem de ipsa turro de mulier Cilda Lagana de intus et foras per finem finita per XII solidos in presentia Fusci Gricine testis, Kassanagu testis, Platumissa testis, Zuuerana testis .....[7] Dabrus scriptor ..... ac ... Danielu[8] ..... diaconus Dabro et presbiter Fusco, sicut in sceda uetera sc[ripta] repperimus, ita scribere curauimus.

[1] Vjerojatno se radi o kupnji prostorija u nekoj kuli *(turro)* gradskih zidina. Tumačenje Račkoga da se radi o zemlji *(turro = terra)* nije prihvatljivo. – [2] Ovdje se po svoj prilici nalazio hrizmon XP. – [3] Pogreškom pisara prvotne isprave ili prepisivača krivo je označena indikcija, jer je 1040. godine bila VIII i IX indikcija. Prva indikcija uopće ne dolazi u vrijeme vladanja cara Mihajla IV (1034–41). – [4] Ova se riječ može shvatiti i kao lično ime. U koliko se čita kao »*Bucta*« (što je vjerojatnije), onda je c pisano goticom. Inače se može čitati kao »*Bitta*«. Rački čita »*biata*« bez tumačenja. – [5] Rački čita: »*IIIII*«. – [6] Rački čita: »*Grassa*«. – [7] Rački uadopunja: »*Et ego*«. – [8] Rački čita: »*diaconus Domnio*«. Ostala nepročitana mjesta nijesu bila čitljiva ni u vrijeme Kukuljevića i Račkog. – [9] Na istoj pergameni naknadno je drugom rukom upisana beneventanom darovnica opatice Madije samostanu sv. Benedikta u Splitu. Ta je datirana »*sub primo Simonis ducis anno*«. Rački je taj dokument donio pod brojem 141. Tada mu još nije bilo jasno o kojem se Simonu radi. U izdanju Historia Salonitana Tome Arcidakona (str. 61) Rački ispravlja svoje ranije mišljenje: »*Subintelligendum opinor Simonem, cuius spalatensem ducatum memorat spalatensis documenti exordium hisce verbis:* »*Sub primo Simonis ducis anno*« (Documenta p. 180). *Instrumentum hocce attribueram a. 1091.–1099.; nunc verum illud refero ad a. 1103/4.*« Naime Toma Arcidakon u XVII glavi svog djela veli da je kralj Koloman postavio »*ducem quendam .... qui erat per Chroatiam exactor regalium tributorum*«. Zbog ovog razloga u ovo izdanje nije unesen spomenuti dokument.

56.

Između 12. VI 1042. i 1. IX 1044.

S, ban i carski protospatar poklanja samostanu sv. Krševana u Zadru crkvu, koju je on dao sagraditi, zajedno sa crkvenim priborom i nekim posjedima.

Original ove isprave je po svoj prilici davno nestao.

Već je Lucius poznavao samo prijepis ove isprave, koji zbog krupnih kronoloških pogrešaka nazivlje »mendosum« *(De regno Dalm. et Croat., lib. II, c. 8, p. 80). Po njemu su tekst isprave donijeli Farlati: Illyr. sacr. V, 43; Cod. dipl. CSD I, III i Rački: Doc. br. 37, koji unosi u tekst mnoge vlastite korekture.*

G. Praga uz svoju raspravu: »Lo scriptorium di san Grisogono di Zara« *(Archivio storico per la Dalmazia VIII, 1929, fasc. 42, t. IV) donosi snimak jednog prijepisa ove isprave, pisanog beneventanom, koji se tada nalazio u biblioteci obitelji Filippi u Zadru. Po svemu izgleda, da je to isti prijepis, koji je poznavao i Lucius. Taj je prijepis tokom II svjetskog rata nestao.*

Zbog netačnih podataka u formuli datiranja vladaju sasvim različita mišljenja o tome kojem vremenu isprava pripada. Lucius smatra da treba zadržati 1018. godinu, jer nas na to upućuju »temporum mores et suppelectile tunc in ecclesiis usitatum«. *Farlati veli da se* »incipiente anno decimo« *ima shvatiti* »desete godine vladanja« *Konstantina Monomaha, t. j. 1052. godine. Rački smatra da je u originalu broj godine bio izražen rimskim brojkama i to zapravo* »MXLII«, *a ne* »MXVIII«. *Do te je pogreške navodno došlo krivim čitanjem prepisivača, koji je brojku L zamijenio brojkom VI. Za netačni broj indikcije XXII Rački misli da se odnosi na epaktu i korigira taj broj u XXVI usklađujući tako epaktu sa godinom 1042. Isto tako Rački veli da je formula* »intrante anno« *pogrešna, jer je Konstantin Monomah proglašen carem tek 12. VI 1042. Budući da se u ispravi od 1. IX 1044. (br. 57) spominje opat sv. Krševana Vitalis, onda prema njegovom mišljenju ovu ispravu treba datirati između ova dva datuma. Međutim oslanjajući se na korekture rimskih brojki, Rački ispravu datira sa 1042. god. Činjenica je da je prepisivač brojke u formuli datiranja netačno prepisano, pa se prema tome možemo pouzdati jedino u podatak* »temporibus domino Constantino Monomacho (!)« *i u prvu vijest o opatu Vitalu.*

+ In nomine domini nostri Iesu Christi. Ego S.[1] banus fabricaui istam ęcclesiam ad honorem sancti Nicolay confessoris Christi, et sancti Petri apostoli et sancti Stephani pontificis et beati Dimitrii martiris et magni Ghrisogoni martiris nec non beate dei genitricis Marie adque (!) omnium sanctorum Christi; cum coniuge mea Maria fabricaui eam. Sub temporibus domino Constantino Monomacho (!).[2] Ego denique S., banus et imperialis protospatario,[3] compleui hec omnia intrante anni domini millesimo octabo (!) decimo, indictione uicesima secunda, incipiente anno decimo.[4] De propria mea facultate laboraui eam et dedi in eam XV panno (!) de sirico et una cortina[5] de sirico, V planetas de siricos (!) et

IIII paria de bracilo[6] et IIII (paria) manipulos, IIII stolas, VI camiso,[7] IIII amictos, IIII cingulos, unam cupam, I coclarem,[8] I fistulam de argento, iconas quinque, unam de argento, III cruces, I de argento, filactas[9] IIII de auro et III de argento, unam capsam et I turibulum et II calices de argento, III libros missales, I passionario (!), III omelie, smaragdum I, duo antiphonaria, II manuale,[10] splalteria (!) IIII, imnaria II, brebiarium (!) I, duos cirostata,[11] I sellam, I pario de bacili (!),[12] III facitergia.[13] Dedi etiam unam curtem, que cognominatur Insula[14] cum ęcclesiam (!) s. P.[15] et cum VI seruos et IIII ancillas et alia curte, que uocatur Noua sella cum XII familia (!) et tertia curte, qui (!) dicitur Butina uiso[16] cum VIII familias. Dedi XX iumentas[17] cum II equos et XXX uaccas et CCCC pecora et XXXV porcos. Posui III campanas, que sunt apreciata[18] I libram de auro. Hec omnia et cum ipsam ęcclesiam[19] trado in potestatem[20] domini mei patri spiritali Transoni[21] abbati, ut sit imperpetuum cellam[22] sancti Ghrisogoni, cuius sacratissima membra Iadera retinetur (!).[23] Et si quis, quod absit, ausus fuerit subtraere ex meis uel extranęis, moriat (!) deramato et non abeat[24] semen super terram et persoluat libras auri XXX; insuper iratum abeat[24] patrem et filium et spiritum sanctum et maledictionem a CCCX et VIII sanctos patres et in nouissimo maranathe[25] cum diabolo et eius tetro (!) angelos ac Iuda Scariothe in inferno muneretur. Et hęc cartula uolumus, ut in sua maneat firmitate.

Et ego Marco, indigo (!)[26] episcopus Chroatensis, collaudo, confirmo, corroboro atque concedo.

[1] Ovu siglu Lucius, a po njemu svi ostali izdavači, razriješuje sa »*Stephanus*«. Ime ovog bana nije nam poznato iz drugih izvora. Međutim G. Praga tvrdi, da je našao neki prijepis ove isprave iz XIII stoljeća, iz kojega se može razabrati da tu siglu treba čitati »*Suinimir*«. Ta njegova tvrdnja nije jasna, tim više što ne govori gdje se taj prijepis nalazi. S njegovim mišljenjem teško je uskladiti historijske podatke samog dokumenta. (V. G. Praga: La Chiesa di Roma e i Croati, Italia e Croazia, Roma 1942, p. 198). – [2] Lucius i svi ostali izdavači imaju »*Constantini Monomaci*«. – [3] Lucius i svi ostali izdavači »*protospatarius*«. – [4] Račkova korektura datiranja glasi: »... *compleui hec omnia intra annum domini millesimum (XLII), indictione X, epacta autem XXVI*«. – [5] Rački čita: »*cortena*«. – [6] Rački čita »*bracilo*«. – [7] Rački čita »*camisas*«. – [8] Lucius i svi ostali izdavači čitaju »*cocleare*«. – [9] Lucius i ostali izdavači čitaju »*filacteria*«. – [10] Lucius i svi ostali izdavači čitaju »*manicale*«. – [11] Lucius, Farlati i Kukuljević čitaju »*cerestata*«, dok Rački »*cerostata*« – [12] Lucius i ostali izdavači čitaju »*bracili*«. – [13] Lucius, Farlati i Kukuljević čitaju »*facinegia*«, a Rački tako čitanu riječ ispravlja u »*facistergia*«. – [14] Lucius, Kukuljević i Rački čitaju »*infula*«. Farlati čita »*insula*«, a i Kukuljević upozorava, da bi tako ta riječ imala glasiti. Rački smatra da bi trebala glasiti »*uitula*«. – [15] Lucius i Farlati čitaju »s. Pet...«, dok Kukuljević i Rački »*sancti Petri*«. – [16] Kukuljević čita »*Butinaues*«. Rački to ispravlja u »*batina ues*«. – [17] Lucius i svi ostali izdavači čitaju »*iumenta*«. – [18] Lucius i svi ostali izdavači čitaju »*appreciate*«. – [19] Lucius i svi ostali izdavači čitaju »*ipsa ecclesia*«. – [20] Lucius i svi ostali izdavači čitaju »*potestate*«. – [21] Lucius i svi ostali izdavači čitaju »*domino meo patri spirituali Trasoni*«. – [22] Rački ispravlja: »*(in) cella*«. – [23] Lucius i svi ostali izdavači čitaju »*Iadere retinentur*«. – [24] Lucius i svi ostali izdavači čitaju »*habeat*«. – [25] Lucius i svi ostali izdavači čitaju »*maranatha*«. – [26] Lucius i Farlati čitaju »*Iudigo*«, Kukuljević i Rački »*indignus*«.

57.

1044, 1. rujna. U Zadru.

Dauseta ostavlja oporučno samostanu sv. Krševana svoj vrt.

Perg. sa oštećenim desnim gornjim uglom tako da je zadnji dio prvog retka uništen. 225×315. Pismo: beneventana.

Na poledini goticom XV st.: De orto s. Criso. que (!) est iuxta monasterium, i regest XVII st.

Drž. arh. Zadar: Spisi samostana sv. Krševana, kaps. I, m. B, br. 3.

Farlati: Illyr. sacr. V, 43 donosi samo sadržaj. Cod. dipl. CSD I, 114.

Rački: Doc. br. 38.

Rački nazivlje ovu ispravu »charta suspecta« *zato što je vrlo slična oporuci Andrije priora iz 918. g., a i zbog toga što se vrijeme vladanja označuje* »imperantibus piissimis et perpetuis augustis Constantino imperatoribus«, *dakle, u pluralu, iako se spominje samo jedan car. Rački misli, da je sastavljač prepisao tu formulu iz isprave Maja priora iz g. 986. Budući da je Konstantin IX Monomah stvarno vladao kao samovladar 1042.–1055., nije jasno zašto je Rački zadržao datum Dauzetine oporuke (1044.), a opet interpolirao i ime Bazilija II, koji je u doba isprave Maja priora vladao zajedno s bratom Konstantinom VIII. Možda je sastavljač Dauzetine oporuke stvarno imao pred sobom neki zastarjeli predložak iz tog vremena, pa je stoga došlo do te formulacije u pluralu; no, budući da se ispravno navodi samo ime Konstantina (IX), ta pogreška ne bi trebala biti razlogom da se sumnja u autentičnost isprave. To vrijedi i za sličnost s formulama ostalih poznatih oporuka (vidi br. 33).*

+ In Christi nomine et eiusdem incarnationis an[no mille]simo quatricesimo quarto, indictione tercia decima, sub die fere prima mensis septembris. Imperantibus piissimis et perpetuis augustis Constantino ipperatoribus (!), cathedra pontificali regente Petrus, uenerabili episcopo, et domino Andrea priori. Maturiori namque et salubri consilio a maioribus prouisum est, ut omnis omo ante dies mortis sue disspensare facultatulas, prius quam mortis periculo urgeat, cuiusque successus incertus nesciat, utrumque eam repentina ueniat mors, aut officia lingue priuata non queat, quod cupit, testari. Quamquam ego Dauseta pecatrix sana mente integroque consilio cartula testamenti scribere rogauimus. Uolo namque et iubeo, ut ortus, qui est iuxta monasterium, cos (!) emi ex meo proprio precio, fiat in potestate sancti Crisogoni martiris pro redemcione anime mee ac defuncti uiri mei, ut ipse abbas Vitalus, in cuius manus ortum tradidimus, cum sua congregacione orent omnipotenti deo pro redemcione anime nostre. Quicumque uero nostra dimissione contraire uoluerit, iratum abeat trinum et unum deum et malediccione a tricenti decem et octo sancti patres et in inferno cum diabolo et angeli eius ac Iudas Scariothem muneretur. Actum tempore, die et loco a consulubis (!), ut supradictum est. Is[2] palam testibus:

Signum manus:
Trun[3] Paulus testis
Maius comerzari testis

Petrus leuita testis
Martinus leuita testis
Iohannes testis

Ego Crisana diaconus rogatus scripsit (!) et compleui. Amen.

[1] oštećeno mjesto. – [2] Rački čita: »*iis*«; pravilno je »*is*« u značenju »*his*«, gdje je »*h*« ispalo, jer se u ono doba nije čitalo. – [3] Rački čita: »*tribunus*«. O riječi »*trun*« v. bilj. 1. dokumenta br. 37.

58.

1050, mjeseca lipnja. Tremiti.

Svećenik Ivan, sin Gaudija Cherllicco iz Splita, predaje sebe i crkvu sv. Silvestra na otoku Biševu (Buci) opatu samostana na Tremitima.

Perg. 325×215. Pismo: beneventana.

Bibliotheca Apostolica Vaticana, Cod. lat. 1067: Chartularium seu diplomata Abbatiae S. Mariae »de mare« et S. Iacobi Tremitensis insulae, ff. 112–112v.[1]

M. Barada: Dinastičko pitanje u Hrvatskoj XI stoljeća, Vjesnik za arh. i hist. dalm. L, str. 176–178 donosi varijante nekih mlađih rukopisa, ali te nemaju naročito značenje.

Konstantin IX Monomah je vladao od 11. VI 1042. do 11. I 1055.

Na vrhu stoji bilješka: »Sancto Siluestro de Uuci insule maris«, *a kod trećeg retka na desnom rubu gore:* »Exultate deo«.

+ In nomine domini nostri Iesu Christi. Octauo anno inperii domini Constantini Monomochi, sanctissimo imperatore nostro, mense iunio tertia indictione. Ego Iohannes. presbiter et monachus, filius cuiusdam Gaudii, qui supra nomen Cherllicco uocatur, de ciuitate Spalato, clarefacio, quia deo adiuuante ex propria causa mea laboraui et dedicaui ecclesiam sancti Siluestri pape in insula, que uocatur Buci. Unde modo congruum ac uoluntarie mihi est illam offerre et tradere in ecclesiam sanctę dei genitricis et uirginis Marię, que dedicata est in insula Tremiti, ubi regimen tenere uidetur dominus Guisenolfus, uenerabilis abbas, ne forte post mortem meam inordinata permaneat. Quapropter ego Iohannes, presbiter et monachus, una cum domino Berigui, aduocatorem meum et rex Marianorum, et cum aliis iuppanis, qui subter scripti sunt offero atque trado me et ipsam sanctam dei ecclesiam cum omni suo conquesitu in manibus tuis, domine Guisenolfe, uenerabilis abbas, ut tam tu quam et tui posteriores potestatem habeatis illam ordinare, sicut et alię cellę uestrę.Et si qualiscunque tempore tam ego seu episcopus siue abbas de aliis locis uel qualiscumque persona hominis subtraere aut contrare (!) uoluerit ipsam sanctam ecclesiam, aut de eius conquisitu primitus dei ira ueniat super eum et fiat sub anathema maranathe et fiat segregatus a consortio dei et habeat partem cum Iuda traditore, qui dominum tradidit. Quapropter hanc scriptam traditionis atque

offertionis mee scribere rogauimus te Falconem, presbiterum atque notarium intus in insula, que uocatur Tremiti, mense et indictio super scripta.

+ Ego Berigoy testis iudex Maranorum.
+ Radabano iuppano testis. + Tichano settinico testis.
+ Bodidrago iuppono (!) testis. + Sedrago iuppano testis.

Et omnes Maranos testes.

[1] Opis kartulara se nalazi u Vattasso-Carusi: *Codices Vaticani Latini (10301–10700), Romae MCMXX.*

59.

1050–1055. U Dubrovniku.

Dubrovački prior Petar Slaba dosuđuje samostanu sv. Benedikta na Lokrumu imanje koje je ovome nekoć oporučno ostavio svećenik Dominik.

Tekst ove isprave donosimo prema djelu Luigi de Giorgi: L'isola di Lacroma ossia notizie geografiche e storiche su detta isola, Vienna 1860., p. 15–16. *O ovoj ispravi autor na str. 7. veli ovo: »Questo documento esiste tuttora nel Monastero di Montecassino, ove io stesso nell'occasione del mio passaggio per quel celebre santuario, or sono pochi anni, ebbi opportunita di vederlo ed esaminarlo per la gentilezza del priore e Biblotecario d'allora D. Sebastiano Calafati, uomo chiaro per ingegno ed erudizione«.*[1] *Kukuljević (Cod. dipl. CSD I, 112) donosi tekst prema rukopisu: »Cronaca antichissima, kod fratarah dubrovačkih II, str. 217«,*[2] *a datira je kao i Muratori (Italia antiqua V. IV, Diss. LII) godinom 1044. Prijepis ove isprave donosi i S. Cerva u rukopisu »Sacra metropolis Ragusina« I, str. 38–41 (Biblioteka dominikanskog samostana u Dubrovniku 36–IV–14). Tekstovi svih ovih prijepisa ne poklapaju se među sobom. Mi smo odabrali gore spomenuti tekst, jer ga je Giorgi izravno prepisao iz predloška koji pokazuje najmanje pogrešaka.*

O datiranju ove isprave Šišić (Letopis popa Dukljanina str. 77 bilj. 51) veli: »Budući da je ova isprava često prepisivana, pobrkana joj je greškom prepisivača formula datiranja, jer vladanje cara Konstantina IX i carice Teodore upućuje jedino na vrijeme između 1050. i 1054, a nikako ne na god. 1044., kako je ispravu datirao Kukuljević. Inače je autentična (gl. Jireček, Romanen I, 46).« Muratori, Cerva i Kukuljević datiraju ispravu prema XII indikciji. Međutim ostali elementi formule datiranja su nejasni i ne poklapaju se u spomenutim rukopisima. Konstantin IX Monomah je vladao zajedno s caricama Zojom i Teodorom do 1050. godine, kada je umrla Zoja. Od te godine do svoje smrti 11. I 1055. vlada zajedno s Teodorom. Tim vremenskim razmakom smo datirali ovu ispravu, jer sigurnijih indicija nemamo. (V. Georgije Ostrogorski, Istorija Vizantije, Beograd 1959. str. 310–320).

In nomine sancte et indiuidue trinitatis, undecimo Kalendas Martii, luna II, cons.[3] VI, indictione XII,[4] temporibus piissimi augusti Constantino scilicet Monomacho (!) una cum domna Theodora, piissima augusta, apud nos vero degente Vitalis episcopus (!), prior quoque Petrus cognominatus Slaba. Ego denique Petrus, praefatus prior, cum omnes pariter nobiles atque ignobiles mei tam senes, iuvenes, adoloscentuli, quam etiam pueri securitatem quidem firmam atque inclitam huic monachus presbyter Dominicus, tam ei quam et omnes parentes eius quo ad hoc sit et erat usque in finem seculi[5]. Ex eo igitur qualiter antecessores nostri tulerunt ei per vim haereditatem sancti Cosme et Damiani cum domibus, que sunt circa eam, que quondam emerant parentes eius ex quodam vir nomine Balsamus in centum et decem solidis et miserunt eam per pecuniam Graecorum in publico, ut fieret praetorium plus miseri obseruantes eorum mandata, quam domini precepta, qui dixit: »Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam latronum.«[6] Et illud: »In ecclesia domini aut orate aut psalite, verba autem otiosa nolite dicere. Unde notandum est nobis, fratres carissimi, ut, si verba otiosa dominus in ecclesia sua prohibet dicere, quod leue est, quod magis nos prohibet in ecclesia sua lupanar[7] facere, quod nimis gravissimum est.« Et si ego tantillus homo nihil volo in domo mea cernere sordidum, sed omnia pulchra et nitida, quanto magis deus, qui est rex regum et dominus dominantium, vult habere omnia pulcrissima et nitidissima[8] in domo sua. Quapropter timore perterriti optantesque nos ex antiqui hostis laqueo eripere, rogauimus predictos monachos omnes unanimiter, ut in loco fabrice constructo alterum praetorium .... et prefatam haereditatem[9] fiat secundum domini praeceptum a modo et usque in sempiternum liberum, ut decet domum dei. Et hoc factum est, sicut praefati sumus, ex consensu omni[10] populo (!) et domini Petri, venerabilis abbatis, quantis morabitur temporibus, et successores in insula Lacrumno,[11] sub cuius regula degebat etiam et ipse monachus. Unde non audeat eis hoc nullus cuiuslibet homo contradicere, nec successor scilicet noster, nec nobilis noster. Quod si quis noster[12] siue successor vel nobilis noster temerare presumpserit soluereque attemptauerit[13] firmissimo pacto nostro, habeat ille mancip ...... videatur, iram dei omnipotentis patris et filli et spiritus sancti incurrat et sanctorum omnium ac maledictionis vinculo tercentorum decem et octo patrum insolubiliter denodetur[14] et in nouissimo maranatha cum diabolo et eius tetros ministros (!) ac Iudam Scariotam (!) in gehennae baratrum[15] muneretur et statuta priuilegii redintegrare duplicia[16] pretio iudiciali sententia perdonetur[17] atque conuiciatur. Actum est hoc et palam testibus corroboratum tempore suprascripto, mense februarii. Et nosmet ipsi hec privilegia, qui hoc disposuimus facere, elegimus tantos ac tales testes. Primitus omnium: Ego prenominatus prior testis sum et hoc est + signum meum.[18]

Signum + manu Stephani presbyteri filii .....[19]

Signum + manu domini Lampridii presbyteri, filius Ioannis presbyteri.[20]

Signum + manu Ursacii diaconi.
Signum + manu Triphonii[21] diaconi.
Signum + manu Patraca diaconi.
Signum + manu Nicephori diaconi.
Signum + manu Dabri diaconi.
Signum + manu Petri diaconi, frater[22] Georgii.
Signum + manu Andree diaconi.
Signum + manu Canialbi.
+ Petri, frater Ursani presbyteri, cum filio suo Dobro.[23]
Signum + manu Andree, filii Norati[24] presbyteri.
Signum + manu Mitrocaput.[25]
Signum + manu Aiabalae.[27]
Signum + manu Peruani Pusci.[28]
Signum + manu Benles.[29]
Signum + manu Petri Arebacoli.[30]
Signum + manu Proculi, frater Ursaci diaconi.
Signum + manu Petri, filius . . . . .
Signum + manu Andree, filli Marnaci Lampri.
Signum + manu Zamari.
Signum + manu Ursaci, filius Iacobi.
Signum + manu Andree, filius Sclepi.
Signum + manu Lampridii, filii Micatii monachi.
Signum + manu Marguci cum fratre suo Ursaci, filio Sisini.
Signum + manu Lampredii, frater Bubani.
Signum + manu Vitalis, indignus meritis peccatorque atque infimus subdiaconus, qui hanc scripsit paginulam.[31]

[1] Uza sva nastojanja nije nam bilo moguće saznati da li taj rukopis postoji još danas u arhivu samostana Montecassino. – [2] Ovaj rukopis nije bilo moguće pronaći u biblioteci franjevačkog samostana u Dubrovniku. – [3] Možda se misli na konkurente. – [4] U »Cronaca antichissima« prema Kukuljeviću formula datiranja glasi: »*undecimo Kalendas Martii. luna II. indictione XII Conc. IIII*«, a kod Cerve: »*undecimo Kalendas Martii, luna V, indictione XII, con. II*«. – [5] Cronaca antichissima: »*. . . et omnibus, qui adhuc sunt et erunt monachi usque ad finem seculi.*« Cerva: »*. . . omnes parentes eius, qui adhuc sunt et erunt usque in finem seculi.*« – [6] U ostala dva rukopisa ovdje slijedi još jedan citat: »*Et iterum: Vacate et videte, quoniam ego sum dominus (Cerva: deus)*«. – [7] Cronaca antichissima: »*humpmana*«. – [8] Cronaca antichissima: »*mundissima*«. – [9] Cronaca antichissima: »*ex prefata hereditate*«. – [10] Cronaca antichissima: »*omnium*«. – [11] Cronaca antichissima: »*Lacrumeo*«. – [12] Cronaca antichissima: »*nostrum*«. – [13] Cronaca antichissima: »*temptauerit*«. – [14] Cronaca antichissima: »*innodetur*«. – [15] Cronaca antichissima: »*in gehenna baratro*«. – [16] Cronaca antichissima: »*dupliciter*«. – [17] Cronaca antichissima: »*perdamnetur*« – [18] Cronaca antichissima: »*signum manus*«. Isto tako dolazi oblik »*signum manus*« i kod svih ostalih svjedoka. [19] Cronaca antichissima: »*filii Beles*«. – [20] Cronaca antichissima: »*frater Ioannis*«. – [21] Cronaca antichissima: »*Triphonis*«. – [22] Cronaca antichissima: »*fratris*«. – [23] Cronaca antichissima: »*fratris Ursani presbyteri cum filio suo Dabra*«. – [24] Cronaca antichissima: »*notari*«. – [25] Cronaca antichissima: »*Mihaci caput de Ropo*«. [26] Cronaca antichissima: »*Ioachimi filii Gauri*«. – [27] Cronaca antichissima: »*Tabaleci*«. – [28] Cronaca antichissima: »*Pervanne Putei*«. – [29] Cronaca antichissima: »*Bolesmini*«. – [30] Cronaca antichissima: »*Arabarbi*«. – [31] Kod Cerve popis svjedoka glasi ovako: »*+ Signum manus Ursaci diaconi. + Signum manus Cassialti. + Signum manus Beniaminus. + Signum manus Ursaci, filius Iacobi. + Signum manus Aripe diaconi. + Signum manus Petrus, frater Urse. + Signum ma-*

Drž. arhiv u Zadru.

Farlati: Illyr. sacr. IV, 4. Cod. dipl. CSD I, 135. Rački: Doc. br. 48. Ljubić: Libellus Polichorion, Starine XXIII, str. 178.

Rački ovu ispravu smatra sumnjivom zbog svog oblika i mnogih pogrešaka. On je datira prema svjedocima isprave sa »oko 1065«. Međutim, ako se prihvati mišljenje da je ban Goiço ista ličnost kao i Gojslav, brat Petra Krešimira, koji je ubijen (prema podacima Korčulanskog kodeksa) god. 1062, ispravu treba datirati prema prvoj vijesti o vladanju kralja Petra Krešimira i navedenom podatku. V. Barada: Prilog kronologiji hrvatske povijesti. Rad JAZU 311, str. 199.

Donatio facta de terris de Sydraga.

Ego predictus P.[1] rex Chresimir per caritatem[2] dei et beate Marie uirginis nec non et sancti Thome apostoli aliquam benedictionem dono pro redempcione anime mee meorumque successorum et[3] monasterium predicti sancti Thome situm in ciuitate Belgrado, idem terras in Sydraga nominantur,[4] ut sint perpetuum illorum. Et qui post nostro discessu aliud aliquid corrumpere temptauerit, maledictus sit a deo omnipotenti, a beato Thoma apostolo, ab omnibus sanctis dei, et cum Iuda particeps fiat in eternum incendium. Et hec contra his donum mihi concessit optimum equum. Hec facta sunt coram his testibus: episcopo[5] Theodosio, Drago priori, Rainerio Chroatino episcopo, Goiçone bano et alii plures.

[1] T. j. »*Petrus*«. – [2] Rački: »*pro caritate*«. – [3] Po svoj prilici pogrešno mjesto »*in*«. – [4] Rački: »*nominant*«. – [5] Rački dopunja: »*(belgradensi)*«.

70.

1064. U Trogiru.

Isprava o osnutku samostana benediktinskih redovnica u Trogiru.

Isprava, koja se je nalazila u samostanu sv. Nikole u Trogiru, danas ne postoji. Donosi je Luicus u De regno Dalm. et Croat. lib. II, c. 16., p. 100 i u Memorie istoriche di Tragurio, p. 13.[1] Prema njegovom prijepisu donose je Farlati: Illyr. sacr. IV, 323, Kukuljević: Cod. dipl. CSD I, 124, i Rački: Doc. br. 46.

Tekst donosimo prema Luciusu.

In nomine domini nostri saluatoris regis aeterni. Anno dominicae incarnationis MLXIV, indictione secunda, regnante domino nostro ac piissimo augusto Constantino Duce et magno imperatore,[2] ciuitatis uero Trag[urii.] regente cathedram Iohanne uenerabili episcopo Rethorico una cum domno Dabrana, inclito priore, cum fratre suo Andrea omnibusque nobilibus. Sub illorum namque temporibus hoc praecipimus priuilegium conscribi nos omnes uidelicet: Staligato, Georgius, Tridullo, Dabro, Sepalato,[3] Calafato[4] nec non Vitaza, et hoc nostra spontanea uoluntate de hoc, quod ipse iam dictus episcopus nos per plurimum rogauerat, ut

ecclesiam, quae nostra erat, scilicet domus beati Domnii, ubi Porta Dominica uocatur, ibi monasterium ancillarum domini concederemus construere. Nos uero consulti omnes et, quia noster rector ac protector permanserat, magis pro remedio nostrarum animarum illum audiuimus ibidemque domino annuente monasterium esse affirmauimus, ubi et abbatissa non post longum temporis spatium nomine Eufemia introducta fuit ceteris cum sororibus. Post haec dominae abbatissae similiter terras et uineas iudicauimus suaeque potestati commisimus; insuper et litus iuxta eandem ecclesiam ad obsequium sui ibidem concessimus, sed in tali pacto et in tali tenore, ut iam dicta ecclesia, qua nos monasterium fieri concessimus, alium dominum praeter nos non habere; etiam unus ut ibi aduocatus mitteretur ex nobis ad regendum et gubernandum necessaria. Quod et affirmatum fuit ante notitiam praefati Iohannis episcopi et Dabranae, eiusdem urbis prioris, et Mirice, Bogoboyse ac Andreae nec non nobilium et ignobilium Tragurini castri, qui huius rei testes fuerunt. Unde si quis hanc nostram definitionem disrumpere tentauerit, trinum et unum dominum habeat iratum et CCCXVIII sanctorum patrum consequatur maledictionem, deglutiat eum terra sicut Dathan et Abiron ueniatque super eum lepra Naaman Syri et cum Iuda proditore denotetur (!) in infernum.

[1] Lucius za ovu ispravu veli na navedenom mjestu u »*Memorie istoriche di Tragurio*«: »*È l' unica pergamina originale, che è rimasta dalla desolatione della città.*« – [2] Car Konstantin Dukas vladao je 1059.–1067. Prepisivač je bez sumnje ne shvativši ime Dukas napisao »*duce*«. – [3] Kukuljević i Rački »*Sepelato*«. – [4] *Calafato* može biti zvanje Sepalatovo. Lucius je odijelio zarezom »*Sepalato*« od »*Calafato*«.

71.

1064. (1. IX) do 1065. (31. VIII).

Papinski poslanik Teuzo dosuđuje samostanu sv. Krševana u Zadru kapelu sv. Ivana na Tilagu.

Perg. 170×210. Pismo: kasna karolina.

Drž. arh. u Zadru: Spisi samostana sv. Krševana, kaps. XVIII, br. 46.

Na poleđini tri regesta: a) goticom XIV st.: »Cartula de Tilago, ubi sunt due ecclesie sancti Iohannis et sancti Victoris cum suis territoriis tendentes uersus boream usque la esera grande uersus austrum tendit usque ad mare per transuersum quandam (!) campum longum.«; *b goticom XV st.:* »De Tilago, ubi sunt ecclesie sancti Iohannis et sancti Victoris.«; *c) pismom XVII st.:* »De Tilago seu Tilaschiza.«

Farlati: Illyr. sacr. V, 45. Cod. dipl. CSD I, 124. Rački: Doc. br. 42.

Za vladanja pape Aleksandra II, indikcija III pada samo od 1. IX 1964. do 31. VIII 1065. U to vrijeme je Teuzo bio legat pape u Dalmaciji. (Isp. M. Barada: Prilozi kronologiji hrvatske povijesti, Rad JAZU 311, str. 190.). Kukuljević datira ovu ispravu sa 1065., dok Rački sa 1060. g.

+ In nomine dei ęterni. Futurę recordationis memorię litteris notificare satagimus, ut posteris pateat, quod, si quis a ueritatis tramite exorbitare uoluerit, ipsa littera eundem arguat. Notum sit omnibus, quod Petrus, uenerabilis abbas monasterii sancti Chrisogoni, astans ante conspectum domini Teuzonis, apostolice sedis apocrisarii missi a domino Alexandro,[1] Romano pontifice, conquestus est de quadam cella in honore sancti Iohannis fundata ac posita in insula, que dicitur Tilagus,[2] quam Gorbina[3] optulit ecclesię sancti Chrisogoni, nunc autem instigante diabolo uult eam subtrahere cęnobio sancti Chrisogoni, ad quod prius deuota mente sua sponte contulerat. Tunc apocrisarius Romane sedis interogauit clericos et boni testimonii laicos, si res ita se haberet, quemadmodum abbas retulit. Cuncti uero, qui aderant, uera assertione perhibent abbatem uerum dixisse et secundum donationem Gorbine[4] sanctus Chrisogonus omni cum iustitia debet habere et in perpetuum possidere. Unde quia domnus apocrisarius per ministros dei, scilicet sacerdotes et clericos et per ueridicos laicos cognouit hoc fore uerum, protinus per uirgam, quam in manu sua tenebat, inuestituit prefatum abbatem de ipsa ecclesia ac de omnibus rebus ad eam pertinentibus, tali uero modo, quod absit et auertat deus, si quis ex prefato monasterio ęcclesiam illam abstrahere uoluerit, maledictionem dei et sancti Petri, apostolorum principis, et nostram habeat et cum Iuda, traditore domini nostri Iesu Christi, dampnetur et cum diabolo et sociis eius in inferno concremetur. Hoc actum est in presentia[5] Apsararensis episcopi, a Spalatinis et a cuncto concilio archiepiscopus electus et Rainerii, Nonensis episcopi, ac Georgii[6] Ueclensis et Andreę, quondam episcopi, ac multorum bonorum hominum, et tempore Nikole, prioris et stratigo ciuitatis Iadere, et indictione tertia.

[1] U prijepisu XVII st. (Spisi samostana sv. Krševana, kaps. I, m. H, br. 4) stoji »*Nicolao*«. Farlati je uzeo tekst ovog prijepisa. Rački krivo navodi da je u ovom novijem prijepisu »*Alexandro*«, radi čega je isprava kod njega netočno datirana (1060.). – [2] Rački: »*Silagus*«. V. br. 34, blj. 1. – [3] U spomenutom novijem prijepisu »*Grubina*«. – [4] U spomenutom prijepisu »*Grubine*«. – [5] Ime »*Laurentii*« dolazi samo u novijem prijepisu. – [6] U novijem prijepisu očito krivo čitano »*Sergii*«.

72.

1066, prije 25. prosinca.

Zakletva Petra, izabranog biskupa osorskog, splitskom nadbiskupu Lovri.

Zapis u Splitskom evanđelistaru fol. 136r. Pismo: gotica s primjesama beneventane. Pisano preko izbrisanog teksta.[1]

Arhiv splitskog kaptola.

Farlati: Illyr. sacr. III. 141. Rački: Doc. 162/4.

Osorski biskup Petar javlja se samo u ispravi 25. XII 1066. (br. 74).

Ego Petrus presbiter, sancte Apsarensis ecclesie futurus episcopus, promitto tibi domino Laurentio, sancte sedis Spalatine archiepiscopo, tuisque successoribus canonice intrantibus me fidelem et obedientem secundum ordinem meum. Sic me deus adiuuet et ista IIII^{or} euangelia.

[1] Isp. V. Novak: *Evangeliarium Spalatense*, Vjesnik za arh. i hist. dalm. 46 (1. prilog), str. 84, 85.

73.

1066, prije 25. prosinca. U Zadru.

Cika, kćerka Dujma i Vekenege, osniva samostan sv. Marije u Zadru

Kartular samostana sv. Marije u Zadru., fol. 11r i 11v. Pismo: beneventana.

Arhiv samostana sv. Marije u Zadru.

Farlati: Illyr. sacr. V. 19 i 46. Cod. dipl. CSD I. 125. Rački: Doc. 50. V. Novak: Zadarski kartular samostana sv. Marije, str. 241. br. 1.

[A][1]nno incarnationis domini nostri Iesu Christi millesimo sexagesimo VI°, Cresimiro rege regnante Chroatię et Stephano Iaderę pręsulante ac Drago ibidem priorante. Ego Cicca, filia Doimi et Uekenege, neptis Madii prioris, uxor Andreę, filii Papę, post interfectionem mariti cum duabus remanens filiabus in uiduitate uidelicet Domnanna et Uekenega, cępi corde perpendere, qualiter istius caducę uitę non perderem hereditatem et futuram non ammitterem perpetuitatem sicque michi salubrius estimans consilium, ut ego cum maiori filia scilicet Domnanna, deo dicarer monacha, minorem uero Uekene (!) maritali subderem iugo. Huius uero consilii fratrem germanum et consaguineos, quos habebam propinquos, feci michi conscios Stephanum episcopum et Drago priorem et Crinam totius mei actus cooperatores ac prouidos ordinatores et quę dictanda sunt adiutores. At postquam eis utilis est uisa mea tractatio, ipsi communi cum conciuibus habito consilio ac Petrum, sanctissimum abbatem sancti Chrisogoni, cum omnibus monachis huic innectentes meditationi donauerunt michi ecclęsiolam sanctę Marię minoris ante portam Bellate, ut ibi monaste[2] . . . . .

[1] Mjesto prazno za inicijal »*A*«. – [2] Dokument se prekida sa svršetkom strane, a slijedeći list, na kojem je morao biti nastavak istrgnut je i izgubljen. Zbog istog razloga tekst dokumenta na fol. 12 (v. br. 76) nema početka. Šišić (Povijest Hrvata, str. 518, bilj. 47) protivno svom mišljenju u Priručniku (str. 242) smatra da ta dva dokumenta zajedno s izgubljenim listom sačinjavaju jednu cjelinu. V. Novak smatra to također jednom cjelinom. Ali to nije posve sigurno, jer bi u tom slučaju taj jedinstveni dokument bio neobično velik. Spomenuti list je bio istrgnut već u XVIII stoljeću, što dokazuje bilješka u prijepisu istog kartulara (koji se čuva u arhivu istog samostana) fol. 1: »*Tutto il rimanente manca*«.

74.

1066, 25. prosinca. U Šibeniku.

Kralj Krešimir (IV) uzimlje pod svoju zaštitu samostan sv. Marije u Zadru.

Kartular sv. Marije u Zadru, fol. 16v–17r. Pismo: beneventana.
Arhiv samostana sv. Marije u Zadru.
Lucius: De regno Dalm. et Croat., lib. II, c. 15, p. 98. Farlati: Illyr. sacr. V, 47. Cod. dipl. CSD, I. 126. Rački: Doc. br. 51. V. Novak: Zadarski kartular, str. 243, br. 2.

Anno incarnationis domini nostri Iesu Christi millesimo sexagesimo VI°, Dukyzi[1] Constantinopoleos imperante. Ego Cresimir, rex Chroatię et Dalmatię, filius Stephani regis, concessione Laurentii, Spalatensis archiępiscopi, omniumque nostri regni ępiscoporum et laudatione nostri ducis Stephani cęterorumque Chroatię comitum do regiam libertatem monasterio sanctę Marię Iaderensis, quod soror mea Cicca fabricauit, sic quidem, ut, si aliquis proteruus in aliquo prędicto monasterio contraire uoluerit uel ui aliquid abstulerit, ęcclesię quadruplum restituat et sua omnia regali iuri subiaceant. Hoc quę ab archiepiscopo et ab omnibus ępiscopis confirmatum canonice, ac ab uniuerso[2] cetu conlaudatum est. L[aurentius] archiępiscopus laudo. Stephanus, ępiscopus Iadere, laudo. Rainerius, ępiscopus Chroatię, laudo. Iohannes, Tragurensis ępiscopus, laudo. Dabro, Belgradensis ępiscopus, laudo. Drago, Arbensis ępiscopus, laudo. Petrus, Absarensis ępiscopus, laudo.

In die natali domini in Sibiniquo coram omnibus prędicte abbatisse Cicke hęc scripta data sunt.

[1] T. j. »*(Constantino) Duka*«. Oblik »*Dukyzi*« nalazimo i u »*Annales Barenses*« (Muratori, SS sv. V, 152). Rački ispravlja u »*Duka (in partibus)*«. — [2] Rački: »*omni*«.

75.

Oko 1066.

Opatica Cika kupuje od Zadrana zemlju u Kopralju (»possessionem terre in loco, qui dicitur Capruli«) *za jednog konja vrijednog 40 romanata u vrijeme biskupa Stjepana i Draga priora.*

Ova se kupoprodaja spominje u ispravi opatice Vekenege iz 1105. godine (CD II 15, br. 10).

Rački (Doc. 108/2) je datira »c.a. 1076–1080.« bez obrazloženja, dok je V. Novak (Zadarski kartular, str. 195–6) vremenski stavlja u vrijeme osnutka samostana.

76.

1066. ili nešto kasnije. U Zadru.

Popis predmeta i zemalja samostana sv. Marije u vrijeme opatice Cike.

Kartular sv. Marije u Zadru, fol. 12–13r. Pismo: beneventana.
Arhiv samostana sv. Marije u Zadru.
Cod. dipl. CSD I, 145. Rački: Doc br. 108. V. Novak: Zadarski kartular, str. 242 (br. 1).
Nije sigurno kada treba datirati dokument, ali po svoj prilici pripada vremenu osnutka samostana. V. Novak ga spaja s dokumentom iz 1066. g. (v. br. 73, bilj. 2).

...[1] Duo ymnaria, unum matutinale, cereum laudum pro X et octo solidis, in candelis candeolisque ac[2] arcella maiori X solidos dedi. Hęc ego Cicca abbattissa in thesauro apposui nostro monasterio sancte Marię.

Nunc uero eadem scribo, quę in domibus siue terris uel constructionibus eodem tempore sunt acquisita. Eodem tempore comparaui medietatem domus a Posterulensi Sergio, funditus deuastatam, ex australi parte curię protendentem ab aquilone in meridiem, aliam uero medietatem donauit nobis Neupret cum sorore sua, quam monachauimus, et superadidit coquinulam cum subiacenti curiola. Domum autem illam restauraui totamque cooperui atque straui. Istius uero domus comparatio de propriis meis et meę filię Vekęnegę bonis facta est.

Per[3] idem uero tempus domna Dabra cum sua nepte D. ad nos ueniens monacha effecta attulit nobis domunculam ex occidentali parte cum puteo ac coquinola et subiacenti curiola ab aquilone in meridiem protendente.

Per idem uero tempus ueniens ad nos domnus Untio mortis preuentu[4] uir nobilis attulit nobis suum subiacens alodium a termino domnę D. protendens in meridiem usque ad uiam et insuper addidit duodecim solidos.

Per idem uero tempus a quibusdam conciuibus comparauimus ortum ante fores ęcclesię iuxta uiam ex occidentali parte pro XV solidis, in quo domum fratribus et hospitibus a fundamento fabricauimus et stratam, ut est honorifice, composuimus.

Per idem uero tempus domna Bona, filia Madii Sege iudicatoris, pro filia sua Marichina, quam monacham fecimus, dedit nobis quartam partem destructe domus Plati post pinnaculum templi, et quantum quarta pars exigit, subiacenti curię.

Ego uero Cicca abbatissa comparaui tres partes illius domus de proprio meo matrimonio, dedi Cicle pro medietate domus et curię triginta solidos; dedi Petrizo, filio Trunzani, nepoti Sege, XV solidos pro quarta parte domus et subiacenti curię.

Hęc in domibus et curia, ut prescripsi, adinuenta sunt monasterio sanctę Marię.

[1] U prijepisu kartulara sv. Marije, koji se čuva u istom samostanu, na početku suvremena bilješka (XVIII st.): »*Il principio manca*«. – [2] Prvobitno je pisalo »*hac*« ali je pisar slovo *h* sam precrtao. – [3] Inicijal »*P*« ovdje i u narednim pasusima kod »*per*« izostavljen. – [4] Bilo je »*preuentus*« ali je pisar precrtao slovo *s*. Rački nepotrebno nadopunja: »*mortis (periculo) preuentus*«.

77.

1066/67. (?)

Kralj Krešimir (IV) poklanja samostanu sv. Marije u Zadru zemlju u Tokinji.

Kartular sv. Marije u Zadru, fol. 8v–9r. Pismo: beneventana.

Arhiv samostana sv. Marije u Zadru.

Lucius: De regno Dalm. et Croat. lib. II, c. 15, p. 98. Farlati: Illyr. sacr. V. 49. Cod. dipl. CSD I, 125. Rački: Doc. br. 52 a. V. Novak: Zadarski kartular, str. 244 (br. 3).

Nema nikakve sumnje da je ovaj dokument u neposrednoj vezi s osnutkom samostana g. 1066., te je prema tome prepisivač po svoj prilici izostavio zadnju brojku. Rački smatra da je ta izostavljena brojka bila VI. Šišić je istog mišljenja, samo što smatra da je dokument datiran po firentinskom kalkulusu tj. po današnjem računanju 1067. (Vidi o tome Šišić, Povijest Hrvata str. 487 i 519). Na istom mjestu Šišić nasuprot Račkovom mišljenju smatra ovu ispravu autentičnom.

Pored ove postoji u istom kartularu (fol. 29v i 32r) druga redakcija isprave, koju naznačujemo u bilješkama b *prijepisom. Rački i Šišić smatraju ovaj tekst interpoliranim zbog datuma 1072. g., dok ga Kukuljević (Cod. dipl. CSD I 144) donosi kao zasebni dokument pod godinom 1072. Sasvim je vjerojatno da se u stvari radi o dvjema redakcijama iste isprave.* »Dedicatio basilice«, *koja se spominje u* b *redakciji isto ukazuje na vrijeme neposredno iza osnutka samostana, t j. na 1066–1067. godinu.*

Rački nije opazio, da tekst b *redakcije počinje na fol. 29v i da se nastavlja tek na fol. 32r, pa stoga donosi kao nastavak tekst sa fol. 30r, koji zapravo pripada zaključnom dijelu dokumenta iz god. 1092. (br. 161). Prema tome zaključni tekst* a *i* b *redakcije se poklapa, osim što je u* b *redakciji umjesto biskupa Stjepana krivo interpoliran biskup Andrija (koji se spominje tek 1088–1089. god.). Ovdje treba napomenuti da je pisar* b *redakcije u ispravi iz god. 1091. (br. 159), gdje se također spominje biskup Andrija, naknadno umetnuo isto 1072. godinu s istom krivom sedmom indikcijom.*

Anno dominice incarnationis millesimo sexagesimo.[1] Ego Cressimir, rex Chroatię et Dalmatię, ob remedium animę meę et precessorum[2] meorum monasterio sancte Marię monialium rogatus ferens(!)[3] meę, quod nouiter factum est Jadere, Cicchę, dono terram in Tochenia,[4] que regalis esse dinoscitur uel regalium seruorum, uergentem per conuallem ab oriente in occidentem, que mari determinatur, in aquilonem uero usque

ad supereminentem montem, ad ⟨re⟩ meridianam autem plagam trahentem, quam tuis(!)[5] meus C.[6] dedit cognato suo Madio et filio eius Dabrone. Coram his testibus: Dabro priore filio Bolize.[8] Niciforo et fatre eius Madio, Madio filio Zelle, Dobrodrugu scitonosa, Desciniza risar, Budizo capellanus, Desa Iaderenses(!) clericus. Si quis contumax nostre donationi in posterum contraire uoluerit, bannum persoluat regalem. Nostra donatio semper firma permaneat. Hoc actum est in Tochinia et firmatum est Iaderę coram Stephano, eiusdem ciuitatis ępiscopo, et Drago priore, Sega iudice, Zella et Doda, et aliis quampluribus.

Trebalo bi stajati po svoj prilici: millesimo LXVI ili LXVII. U *b* tekstu stoji: »*millesimo LXXII indictione VII.*« – [2] U *b* tekstu: »*predecessorum*«. – [3] Očito mjesto »*sororis*«. Rački: »*rogatu sororis*«. – [4] U *b* tekstu ovaj dio rečenice glasi: »*monasterio sancte Marie monialium in dedicatione basilice dono terram in Tochenia*«. – [5] Pogrešno mjesto »*auus*«, kako to i donosi *b* tekst. – [6] T. j. »*Cresimir*«. – [7] U *b* tekstu je skupa napisano »*istestibus*«, što se ima razriješiti kao »*(h)is testibus*«. – [8] *b* tekst: »*Bolitie*«. – [9] Rački krivo ispravlja u »*Desimir ubrusar*«. Odavle pa do kraja *b* teksta Rački pogrešno donosi svjedoke iz teksta, koji pripada ispravi iz 1092. godine, a nalazi se na fol. 30 r.

78.

1066/67. U Ninu.

Kralj Petar Krešimir (IV) potvrđuje samostanu sv. Krševana u Zadru posjed u Diklu, koji je istom samostanu poklonio njegov predak kralj Krešimir (II).

Ovu ispravu donosi kao transumpt isprava iz g. 1067. (br. 79). Pored ovog teksta iz kartulara samostana sv. Krševana postoji također isti tekst na pergameni XIII st. pisan beneventanom. O tome vidi što je rečeno o pergameni I br. 79.

Lucius: De regno Dalm. et Croat., lib. II, c. 8, p. 76. Farlati: Illyr. sacr. V, 47 i Šišić: Priručnik, str. 249 donose tekst iz danas izgubljenog kartulara. Cod. dipl. CSD I, 128 donosi tekst ove isprave u sklopu teksta pergamene I, dok ga Rački: Doc. br. 45 donosi posebno. ali po tekstu pergamene I. Ovdje donosimo tekst prema Šišiću.

Rački datira ovu ispravu »oko 1062.«, *iako u bilješki veli, da se s obzirom na osobe koje se u ispravi spominju mora datirati između 1059. i 1066. Iz riječi opata Petra koji kaže da je isprava izdana* »nostris diebus«, *Šišić smatra da bi to bilo otprilike između 1066. i 1067. godine.*

Ego Cresimir, qui alio nomine uocor Petrus, Chroatorum rex Dalmatinorumque, notifico omnibus, quod iustum mihi uidetur. ut statuta parentum meorum antiquorum non cassentur.[1] maxime illa,[2] que ad salutem eorum pertinent animarum. Comperimus namque in gestis proaui nostri Cresimiri maioris, quod pro remedio anime sue tradidisse (!) monasterio sancti Chrisogoni territorium aliquod in loco, qui dicitur Hycu-

lus, a quercu, que stat supra uallem Rabiosam, usque ad stafilum, qui hac de causa situs est in treuio, quod est contra Sablatam, perpetuo possidendum, quod tutum possessoribus suis mansit tempore ipsius et filii eius Dirzislai et eorum potentibus banis, uidelicet Pribyne et Godemiri, et temporibus Suataslao[3] et eius fratrum, silicet Cresimiri et Goyslaui, et filii eius regi (!) Stephani, patris mei, fauentibus nobilibus banis, eorum qui[4] fuere temporibus; hi sunt: Varda,[5] Bosetrenhc (!)[6] et Stephanus Prasca. Unde sanccimus eorum sanciones a nobis roboratas perpetuo permanere. Si quis autem post nostrum obitum ista uiolari[7] temptauerit, supremi incurrat iudicis iram et in orrendi examinis die sinistrum possidens locum audiat, que sinistris merentur.[8] Actum est hoc in Nona ciuitate[9] his coram testibus: Boleslaus tepci testis, Adamizo, Nonensis iupanus, testis, Uiakizo,[10] iupanus de Luca, testis, Volesa dad testis, Budiz[11] postelnic testis, Iohannes, regis capellanus, testis, Zouiz uolar testes (!), Drugona[12] scutobaiulus, Dodauit uinotoc, Grubona decanus testis.

Ego Adam, abbas sancti Bartholomei, scripsi iussu regis, domini mei.[13]

[1] Pergamena I: »*cassarentur*«. – [2] Pergamena I: »*ea*«. – [3] Lucius čita: »*Suetoslaui*«. – [4] Pergamena I: »*qui eorum*«. – [5] Pergamena I: *Guarda*«. – [6] Lucius čita: »*Bozshare*«. Pergamena I: »*Bosetchech*«. – [7] Lucius i pergamena I: »*uiolare*«. – [8] Rački netačno čita: »*(m)inerentur*«. – [9] Pergamena I: »*in Nonense ciuitate*«. – [10] Rački ispravlja u »*Uilkizo*«. – [11] Pergamena I:»*Bydiz*«, što Rački ispravlja u »Budiz«. – [12] Rački ispravlja u »*Dragona*«. – [13] Pergamena I: »*Et ego Adam monachus, Chroacię electus episcopus, iussu domini regis manu mea scripsi.*«

79.

1067.

Petar, opat samostana sv. Krševana u Zadru, svjedoči kako je samostan stekao posjede u Diklu i na otoku Pašmanu. Tom zgodom donosi ispravu kralja Krešimira IV, kojom je samostanu potvrdio posjed u Diklu, što mu ga je nekoć darovao njegov prethodnik kralj Krešimir II.

Tekst isprave donosimo prema Šišiću (Priručnik, str. 248–251), koji se je posljednji od izdavača služio danas izgubljenim kartularom samostana sv. Krševana. Isti tekst donose Lucius: De regno Dalm. et Croat., *lib. II, c. 3, p. 76 i Farlati: Illyr. sacr. V, 47.*[1]

Pored ovog teksta sačuvane su danas dvije pergamene iz XIII st., koje sadrže veoma sličan tekst:

I Perg. premazana taninom. 265×740. Pismo. beneventana.

Na poledini uz manje bilješke stoji regest iz XV stoljeća: Designacio uille Dicli, que antiquitus nuncupabatur Yculus uel Iculus insule Pasmani uel Neuiane, ubi est ecclesia sancti Michaelis archangeli.

Drž. arhiv u Zadru: Spisi samostana sv. Krševana, kaps. 23, br. 23.

Ovaj prijepis je nepotpun, jer ne sadržava popis svjedoka iz posljednjeg dijela prvotne isprave. Taj se vjerojatno nastavljao na drugom zasebnom listu

pergamene, kojega danas nema. Treba istaknuti da se tekst koji slijedi iza transumpta Krešimirove darovnice razlikuje od teksta iz kartulara. I zato ga donosimo u bilješki br. 30.

Ovaj nepotpuni tekst donose kao posebnu ispravu Cod. dipl. CSD I, 128 i Rački: Doc. br. 53.

II Perg. 290×200. Pismo: beneventana.

Na poleđini regest, koji se je tokom vremena popunjao:

De Postumana *(pisano karolinom)*, ubi eciam moratur ecclesia sancti Michaelis *(goticom)* Neuiane *(humanistikom). Osim ovoga nalazi se i regest iz novijeg vremena.*

Drž. arhiv u Zagrebu: Doc. ant. 4.

Tekst ove pergamene poklapa se, uz neznatne razlike, s tekstom onoga dijela isprave iz kartulara koji slijedi iza transumpta Krešimirove darovnice.

Tekst s ove pergamene donose Cod. dipl. CSD I, 129 i Rački: Doc. br. 54 kao posebnu ispravu. Rački je nazivlje »charta suspecta«, *jer se razlikuje od teksta koji donosi pergamena I (Rački: Doc. br. 53). On naime nije poznavao kartular samostana sv. Krševana prema kojemu su naknadno sastavljene ove dvije pergamene.*

+ Anno dominice incarnationis millesimo LX septimo, indictione quinta, epacta III^a^, concurrente septima. Regnante domino Constantino Duci (!)[2] magno imperatore, prioratum uero Iadere retinente[3] domino Leone, imperiali protospatario ac totius Dalmatie catapano. Ego quidem Petrus, sancti C.[4] abbas immeritus, cerno, quod his temporibus, in quibus iam fines deuenerunt seculorum, nonnulla subtrauntur (!) de possessionibus sanctorum per ingluuias hominum[5] mundanorum ac deum non uerencium, sed callida machinamenta et dolosa solummodo[6] amancium plurima argumenta. Unde cirographum hoc ad posteritatis memoriam esse studui cum consilio ac uoluntate et testififatione prefate urbis nobilium, quorum nomina subter ascripta reperientur, de possessionibus, hoc est terris, uineis, oliuetis ac piscacionibus prenotati[7] cenobii predicti Christi martyris, uidelicet beati C., uel in quibus locis hec uniuersa habentur, que mei regiminis tempore in obsequio fratrum in eodem cenobio Christi famulantium[8] esse cognoui, ne alicui de subscriptis rebus minuendi facultas in posterum largiatur.[9] Igitur scribere curaui: in primis territorium,[10] in quo uinee et oliue nostri monasterii esse plantate noscuntur in loco, qui Yculus nominatur et his terminis terminatu[r]:[11] Est in eodem loco uallis infra duos petrosos colles[12] porrecta in oriente, que Rabiosa dicitur; estque[13] primus terminus iam dicti territorii a summitate[14] ipsius uallis in oriente, ubi eciam pusilla[15] stare ulmus cernitur usque ad limitem, qui ultra puteum eiusdem loci in occidentali parte habetur. Secundus namque terminus per transuersum[16] a mare usque uiam antiquam, qua itur ad Nonam,[17] que est eciam contra Sablata, in qua hac de causa antiquitus sita est paruula collumpnella lapidis,[18] que erat ab insidiatoribus de loco,[19] quo steterat,[20] remota in orientem quasi passos CC^tos^, quam nos cum consensu Cresimiri, regis Chroatorum,[21] suorumque nobilium in pristino restituimus loco. Hanc

ipsam denique terram his dictis[22] terminis terminatam sine infestacione quorumlibet hominum seruis dei perpetuo possidendam hoc modo antiquitus in nostro iam dicto monasterio ferunt[23] fuisse datam, quod rex quidam Chroatorum ueniens uotum reddere deo ad ecclesiam prefatam petentibus seruis dei pro sue remedio anime dominauit (!) eam.[24] quod factum pronepos eius[25] predictus rex[26] nostris quoque stabiliuit diebus tribuens[27] nobis ex hoc libellum continentem ita: (slijedi darovnica kralja Krešimira, v. br. 78).

Et aliud[28] territorium sancti Crisogoni in insula in loco, qui antiquo nomine Flaueico dicitur, nunc uero Postimana nominatur, in quo loco Prestancius episcopus una cum Maio, fratre suo, priore, edificauerant ecclesiam ad honorem beati archangeli Michahelis, et, quibus ualuerant, dotarunt beneficiis. Traso denique, qui illis diebus huic nostro cenobio preerat abbas, prospiciens hunc [locum] sibi suisque fratribus satis esse congruum et ad suam utilitatem nimis proficuum, uocauit ad se dictos fratres et petiuit illum disponens eis necessitatem suorum fratrum ac domus dei. Cuius uoluntatem ac peticionem consecuti sunt dictus presul et frater eius obtuleruntque in obsequio abbatis et fratrum tam ecclesiam, quam edifica[ue]rant, quamque adiacencia territoria et, ut perpetuo beati martiris cella fieret, tradentes eam legaliter coram nonnullis Iaderensium, stabiliunt et confirmant. Quod factum utique inconuulsum mansit temporibus ipsorum. Sed post obitum illorum quidam temptabant subtrahere aliquid de donatis iam ecclesie dei territoriis. Qua de causa ueniens ad insulam filius dicti prioris Gregorius, similiter Iaderensis prior et imperialis patrikyus ac tocius Dalmacie stratigo, ad insulam cum suis consobrinis filii (!) dicti episcopi, quatinus quis iam nunquam posset in aliquo seruos dei molestare, predicta territoria, sicut a suis patribus sacro cenobio donata fuerant, clarius propalauerunt et his terminis terminarunt: a mari uidelicet usque ad moncium summitates et a fundo uallis, que in oriente post prefatam ecclesiam esse cernitur, in quo fossatus habetur, qui contra ipsos montes mitti uidetur usque maceriam, que ultra desertum oppidum in parte occidentali similiter habetur, quo eciam tunc ob sui facti memoriam lapidum pro signo pusillum statuunt aceruum. Et hec quippe nomina sunt eorum, qui huius rei cum eo tunc adiutores, cooperatores et testes affuerunt, quorum iussu et uoluntate et hoc cirographum scribere fecimus: inprimis scilicet Prestancius tribunus,[29] Dabro tribunus. Martinus tribunus. Cerneca tribunus, Andreas tribunus, qui postea prior effectus est. Dabro tribunus. Sergius tribunus. Georgius tribunus. Maius tribunus. Ursana tribunus. Petrus tribunus. Pancella tribunus et alii plurimi.

Ego Stephanaus, Iaderensis episcopus, horum et aliorum nobilium plurimorum consilio et uoluntate, iussu et testificatione curis prepeditus nonnullis cirographum hoc rustico sermone conscripsi.[30]

[1] U državnom arhivu u Zadru nalazi se u istoj arhivskoj skupini pod signaturom kaps. I, m. H, br. 4, fol. 1 v. prijepis te isprave iz XVII stoljeća. – [2] Pergamena I: »*Duca*«. – [3] Pergamena I: »*presidente*«. – [4] Pergamena I: »*Chrisogoni*«. – [5] Na pergameni I uslijed tanina nečitljiva riječ, koju Rački čita »*anxium*«. Prema onome

što je danas još vidljivo teško da bi se ta riječ mogla tako čitati. – [6] Pergamena I: »*se*«. – [7] Lucius tu riječ izostavlja. – [8] Pergamena I: »*in eadem ęcclesia deo seruientium*«. – [9] Pergamena I: »*tribuatur*«. – [10] Pergamena I: »*in primis namque scribere curamus territorium*«. – [11] Lucius čita »*terminatur*«, Šišić »*terminatu(r)*«. Na pergameni I stoji »*terminatum*«, što Rački čita »*terminatur*«. – [12] Pergamena I: »*humiles sed petrosos colles*«. – [13] Pergamena I: »*Et est*«. – [14] Pergamena I: »*capite*«. – [15] Pergamena I: »*pusillus*«. – [16] Pergamena I: »*et alius per transuersum*«. – [17] U tekstu pergamene I izostavljeno: »*qua itur ad Nonam*«. – [18] Pergamena I: »*petrina paruula columnella*«. – [19] Pergamena I: »*de suo occidentale loco*«. – [20] U tekstu pergamene I izostavljeno »*quo steterat*«. – [21] Pergamena I: »*Chroatorum regis nomine Cresimiro*«. – [22] Pergamena I: »*his paulo supradictis*«. – [23] Pergamena I: »*fertur*«. – [24] Pergamena I: *quod quidam enim Chroatorum rex ueniens ad orationem in ęcclesiam prephatam pro sue remedio animę optulit eam*«. – [25] Pergamena I: »*pronepus eius Cresimir*«. – [26] Pergamena I: »*dictus iam rex*«. – [27] Pergamena I: »*inde nobis tradens*«. – [28] Pergamena II nema »*et aliud*«. – [29] Šišić smatra, da kod najvećeg dijela ovih imena treba mjesto »*tribunus*« stajati »*testis*«. – [30] Tekst iza Krešimirove darovnice na pergameni I glasi: »*Est et aliud territorium sancti Chrisogoni in insula, in loco, qui antiquo nomine Flaueico dicitur, qui nunc alio nomine Postimana nominatur. In quo loco ędificata est ęcclesia ad honorem beati Michaelis archangeli, quę noscitur cella esse nostri cenobii, ubi etiam similiter, ut in alio predicto territorio, uineę plurimę et oliuę plantatę in obsequio fratrum habentur. Quam uidelicet cellam cum adiacentibus sibi territoriis domnus Maius de Columna, Iaderensis prior, cum suis nobilibus nostro contulit monasterio in opus fratrum ibidem Christo famulantium. Quod factum utique inconuulsum mansit tempore ipsius et eius nepotis, equidem nomine dicti domñi Magii, Iaderensis similiter prioris, ac tempore filii huius secundi Magii domni Gregorii, imperialis protospatharii et Dalmatię stratigi seu Iaderę prioris. Qui tempore sui prioratus ueniens cum suis nobilibus his terminis terminauit predictum territorium: uidelicet a mare usque ad montium summitates et a capite uallis, quę in oriente post ęcclesiam cernitur esse, in quo et factum fossatum habetur, qui contra ipsos montes mitti uidetur, usque maceriam, quę ultra desertum oppidum est in parte occidentale, quo etiam tunc ob sui facti memoriam pusillum pro signo aceruum statuit lapidum, quatinus iam serui dei morantes ibidem molestiam quippe numquam aliquam sustinerent.*«

Ovaj prijepis daje drugačije podatke o podizanju crkvice sv. Mihovila na Pašmanu. Naime, ovdje se navodi kao darovatelj prior »*Maius de Columna*« (misli se po svoj prilici na Maja I koji je bio priorom 986.–999.). Dalje se navodi da je to stanje ostalo nepromijenjeno i u vrijeme priora Maja II, unuka ili nećaka (nepotis) Maja I, kao i u vrijeme protospatara Grgura, koji je bio sin Maja II.

U tekstu kartulara navode se kao osnivači i darovatelji Majo II i njegov brat biskup Prestancije, dok protospatar Grgur (sin Maja II) poslije njihove smrti potvrđuje tu darovnicu (tj. oko g. 1033.). Nije jasno kako je došlo do ovih različitih tvrdnja. Postoji mogućnost da je kasniji prepisivač pripisao djelo Maja II njegovom predšasniku.

80.

1068, mjeseca prosinca. U Splitu.

Splitski nadbiskup Lovro prigodom osnutka samostana redovnica sv. Benedikta poklanja istom samostanu neke zemlje i crkvu sv. Marije.

Perg. sva premazana taninom mjestimično oštećena. 380×640. Pismo: beneventana.

Arhiv samostana sv. Marije u Zadru (Fond samostana sv. Rajnerija u Splitu). Na poleđini regest XVII stoljeća.

Kasniji prijepisi – a) kodeks nazvan »Donationes principum« *XVII stoljeća (Biskupski arhiv u Splitu br. 20, fol. 67); b) kodeks XVIII stoljeća s naslovom* »Catastico dei beni stabili..... del monastero si S. Benedetto alias di S. Rainero« *(Drž. arh. Zadar, Katastri br. 60. – Vidi »Starine« XXIII str. 220–223, gdje S. Ljubić donosi tekst prema ovom katastiku).*

Lucius: De regno Dalm. et Croat. lib II, c. 16. p. 101. Farlati: Illyr. sacr. III, 139. Cod. dipl. CSD I, 134. Rački: Doc. br. 57.

Ovoj ispravi je dodano nekoliko naknadnih dodataka pisanih drugim rukama. Upravo po tome možemo smatrati da je ova isprava pisana svakako prije datuma naznačenih u spomenutim dodacima. Dodaci su slijedeći: a) Nemire Mesagaline, vjerojatno pisana neposredno nakon osnovne isprave (vidi br. 81), b) opatice Marije iz g. 1119. (Smičiklas Cod. dipl. II, br. 28), c) Dominika Galete iz g. 1119. (Smičiklas o.c. br. 32.), d) Prestancija Bassamure iz g. 1119. (Smičiklas o.c. br. 33.), e) Prodane, majke Gaudija Falsamine iz. g. 1119 (Smičiklas o.c. br. 29), Marihene iz g. 1119. (Smičiklas o.c. br. 29). Na poleđini još »chartula« *opatice Miraze iz g. 1086. (vidi br. 145) i opatice Grube iz g. 1119. (Smičiklas o.c. br 31). Svi dodaci su pisani beneventanom, ali svaki drugom rukom.*

Rački i Kukuljević datiraju ovu ispravu 1069. g.

Prema riječima teksta »quam postea abbatissam vidimus«, *vidi se da je samostan osnovan prije datuma isprave. To bi se donekle poklapalo s time što nadbiskup Lovro za sebe kaže* »nuper Apsarensis episcopus«. *– Pisar je očito zabunom napisao* LXVIIIII *mjesto* LXVIIII; *sedma indikcija zaista odgovara 1069. g. ali po današnjem računanju u prosincu još traje 1068. godina.*

+ In nomine sanctę et individuę trinitatis. Anno quidem dominicę incarnationis millesimo LXVIIIII[1], indictione uero VII, regnante Cressimiro rege Chroatorum et Dalmatinorum. Ego Laurentius, nuper Apsarensis ęcclesię pręsul diuina ministrante clementia, cuius absque nutu nulla consistunt, nulla inesse, nulla in mundo videntur deesse, Spalatinę sedis electus et ordinatus archiepiscopus, igitur magnitudinem miserationis, cuius considerans imperiumque formidans et illud quod exigiturus est quandoque in iudicio futuro expauescens dicente scriptura: »Cui plus committitur, plus ab eo exigitur«, cepi equanimiter de tanto michi grege a domino com[mi]sso quomodo qualiterue sibi ęterni cibi possint concedere pastionem, denique prout etas aut sexus cuiuscumque indigebat diuina largitione suggerente illis necessaria sufficienter subministrabantur. Verum tamen locus immo portus feminino sexui perfecte saluationis nusquam inueni, in quo religiosam et deo placitam uitam agere posset. Unde factum est, ut communi cum consilio locum sibi utilem aptaremus monasterium construendum, clericorum scilicet et laicorum fidelium Ualize prioris cum suis nobilibus cunctis. Inuento itaque loco cum ęcclesia, quę ad honorem sancti Be[ne]dicti constructa fuerat, quę etiam cellam beatissimi Domnii, pontificis et martiris Christi, clerici ac layci sub iureiurando confirmauerunt esse, inuentę quoque sunt et personę, quę ibidem deo deuote adessent seruiturę: inprimis domna Chatena, nobilissima feminarum, quam postea abbatissam uidimus do-

mino uolente, sua cum sorore Stana domnaque Anna et domna Agapis ac domna Uera cum ceteris deo deuotis personis, quibus, ut superius, cum communi consilio locum concessimus ad monasterii constructionem et ad nostrarum omnium animarum dignam remunerationem tali denique pacto talique confirmatione, quatinus sit illud prelibatum deo uolente monasterium ita liberum et absolutum ab omni sęculari nexu ab omnique pactione securum, quemadmodum monasterium protomartiris Stefani a nostris ante[cesso]ribus statutum et ordinatum uidetur. Quibus inprimis ad auxilium et solatium inferiorem pauimentum cum canaua turris sancti Petri omnibus eiusdem ęcclesie ereditariis consentientibus concessimus: inprimis Duimo Zoppo, Forminus Pudichino, presbitero Bizancio, Duimo Dragauiti cum Mariula, uxore sua, et filiis suis Petrana et Drago, Domnanna mulier . . . . .[2] Naplatę; non enim ibi congregatio esse poterat sine hoc. Hęc etenim ante horum notitia testium condonatio facta fuit uidelicet do . . . . .[3] Uenetici, Gregorii presbiteri Masca,[4] Petri archidiaconi, presbiteri Petri omniumque clericorum; prioris Ualizę, Nichodemi, prenominati Duimi Claudi, Mesagalina, Duimi, filii Ualize, prenominati Duimi Dragauiti ac nobilium laycorum ciuitatis Spalatinę. Sed quia incongruum ac inutile uidebatur eisdem sanctimonialibus fratres uel seruitores sexus masculini pariter commorare habito consilio studiose locum, in quo prouisores ancillarum dei seorsum manerent, perquirere statuimus; itaque dei ordinatione locus cum ecclesia, quę a bonę memorię uiro, scilicet sacerdote Andrea, quondam ad honorem sanctę dei genitricis et uirginis Marię constructa uidebatur, inuenta est. Unde communi omnium clericorum ac laycorum, prioris uidelicet memorati omniumque nobilium uoluntate nec non illo eodem consentiente, cui eiusdem ęcclesię cura fuerat data, in potestate dei seruorum ad regendum comendata, illam pręphato cenobio cum terris ac uineis uel libris, seu quicquid habere uidebatur, ad auxilium firmantes perpetuę concessimus ita quidem, ut restaurationem sui status nullo tempore, quod est illud edificii uel diuini officiis ammitteret. Ad hęc tamen stabiliuimus, si habuerint nauigia siue[5] comercia, eant et redeant; piscatores girrum sibi galetam prębeant I; alii autem piscatores singulos cum habuerint, deferant pisces; quodque nauigium frumenta deferens singula modia contribuant. Terra, quę prope monasterio est, quę dicitur ad Gusternam, quia in commune erat, sibi concessimus. De sororibus autem, quę nunc domino seruiturę ibi ingrediuntur uel quę eodem inuitatę ingressurę aderint suis facultatibus immo territoriis, libera cuncta, quę in prephato monasterio optulerint, territoria uolumus adesse ab humano cuncto seruicio, scilicet ab illo, quod uulgo ziurum dicitur. Uerum tamen et hoc, quod sibi iniunctum est a nobis, gratia honoris nostrę methropolis ęcclesię in precipua festiuitate, uidelicet beatissimi Domnii, duos quippe cereos singularum librarum et duas oblatas tantum offerant in tributum; dein uero nulli subiaceat tributo, nulli ui subsistat, nisi gratia dilectionis et munere orationis. Hacta sunt autem hęc mense duodecimo ante notitiam horum testium inprimis: Ualizę et Nichodemi priorum, Petri archidiaconi, Micha archipresbiteri, domni Iohannis pres-

biteri et monachi, Basilii capellani, Stefani presbiteri, diaconi Fusconis, presbiteri Iohannis, presbiteri Popini, Micha presbiteri, Martini presbiteri, Iohannis iudicatoris, Duimi domni Petri, Iohannis Mesagalinę et fratris ipsius, Iohannis de Porta, Duimi domni Dragi, Formini Busicę et omnium clericorum sancti Domnii ac laycorum Spalatinę urbis. Si quis autem, quod absit, huius nostrę confirmationis uiolator temerario ausu extiterit, iratum habeat trinum et unum deum et CCC[torum] X et VIII sanctorum patrum consequatur maledictionem et cum Iuda perpetuam sustineat dampnationem.

Ego uero Teodorus licet immeritus presbiter et cancellarius ecclesię sancti Domnii per iussionem domini mei prenominati archiepiscopi huius confirmationis dictaminis scriptor testis sum.

[1] Mora stajati LXVIIII. – [2] tekst uništen. – [3] Rački nadopunja »*Dominici monachi*«, dok Kukuljević to čita »*domini Iohannis monachi*«, što je vjerojatnije. – [4] Rački: »*in Asca*«. – [5] Rački čita »*sine*«, što bi paleografski također moglo biti.

81.

Poslije 1068.

Nemira Mesagalina poklanja samostanu sv. Benedikta u Splitu crkvu sv. Nikole i jedan komad zemlje.

Prvi od dodataka na ispravi o osnutku samostana sv. Benedikta u Splitu (br. 80). Pismo: beneventana.

Cod. dipl. CSD I, 135.

Prema pisaru dodatka kancelaru Teodoru, koji je ujedno pisar osnovne isprave o osnutku samostana sv. Benedikta, proizlazi da je dodatak pisan kratko vrijeme nakon 1068. godine.

Ego Nemira Mesagalina emi in isto loco, ubi edificaui ecllesiam sancti Nicolai pro triginta romanatos, et offero eam ad onorem sancti Benedicti et unam peçam . . .[1] in loco, ubi dicitur Petra inpinta.[2] et unum amictum aureum. Ego autem Teodorus scribsi.

[1] Ovo je mjesto danas nečitljivo. Kukuljević čita »*terre*«. – [2] Možda »*in Pinta*«. Kukuljević čita »*in Pinat*«.

82.

1069. U Ninu.

Kralj Krešimir (IV) poklanja samostanu sv. Krševana u Zadru otok Maon.

Perg. 233×185. Pismo: gotica XIII st.

Na poleđini regest XVII st.

Drž arh. u Zadru: Spisi samostana sv. Krševana kaps. XVIII, br. 19.

U istom arhivu nalazi se pod signaturom: Spisi samostana sv. Krševana kaps. XXI, br. 23. prijepis XVIII st. po svoj prilici prema Luciusovom tekstu, budući da se neposredno nastavlja na tekst dokumenta iz g. 1067. (br. 79).

Lucius: De regno Dalm. et Croat. lib. II, c. 8, p. 77. Farlati: Illyr. sacr. V, 48. Cod. dipl. CSD I, 131. Rački: Doc. br. 55.

Epakta V, koju navodi dokument nije tačna, jer prema navedenoj godini i indikciji mora biti XXV. Ta je pogreška nastala vjerojatno kod prepisivanja.

+ Quoniam diuinitatis eximia celsitudo summos ac minimos non modo pro meritis, uerum etiam dispensatione profunda terrenos largitur honores et modo inuestigabili eleuat sublimandos et sublimiorum superborum colla pessundat, vt ineffabilis iudicis ineffabile quoque iudicium perseueret et omnipotentis discrecio ex inexausto procedens fonte terrena dispenset imperia, ideo ego Cresimirus diuina gratia largiente Chroatie atque Dalmatie iura gubernans atque aui mei beate memorie Cresimiri regis patrisque mei regis Stephani in Elisio[1] campo feliciter quiescentis habenas regni retinens anno dominice incarnationis Iesu Christi domini nostri MLX°VIIII°, indictione VII^a^, epacta uero V[2], concurrente III in nostro Nonensi cenaculo residens una cum nostris iupanis, comitibus atque banis, capellanis etiam nostre regalis aule cogitare cepi, qualiter omnipotens deus hereditarii regni michi concessa gubernacula conseruaret et animabus meorum predecessorum requiem eternam donaret, inueni nichil in operibus misericordie dignis nichilque deo acceptabilius quam et nostra terrestri aula supernorum ciuium atque sanctorum sacrata habitacula possessionibus muneribusque ditare condignis.[3] Igitur quia deus omnipotens terra marique nostrum prolongauit regnum, decreuimus et promcto (!) animo stabiliuimus monasterium sanctissimi G(risogoni) martiris, cuius uenerabile corpus infra eiusdem ciuitatis menia requiescit, prediis atque possessionibus honorare. Simul quia in gestis antecessorum nostrorum regnum[4] silicet excellentissimorum in campis et territoris (!) plurimis predictum monasterium inuenimus priuilegiatum; nos ergo a predecessoribus nostris in nullo deuiantes pro remedio anime mee meorumque omnium defunctorum offerimus et stabiliter huius tenore donamus tibi beatissimo G(risogono), martiri glorioso, et per te domino Petro, tue sancte aule digno abbati, nostram propriam insulam in nostro Dalmatico mari sitam, que uocatur Mauni, cui ex orientali parte adiacet insula, que in uulgari Sclauonico Ueru nuncupatur, ut eam habeat et possideat in eternum absque cuiusque mortalium inquietudine predictum sanctissimi martiris monasterium; nam si[5] bona nostra decreuit uoluntas annuentibus et supplicantibus uniuersis nostri regni principibus. Vt autem hec nostra donatio in eternum fundetur et stabilitate perpetua perseueret, eam nostra nostrorumque episcoporum attestatione simulque cum testatione astringimus et inuiolabiliter premunimus statuentes, vt, quicumque mortalium, immemor diuini examinis et peruersor nostre regie dignitatis uoluerit unquam ausu temerario de predicta insula a nobis regaliter concessa monasterium sanctissimi G(risogoni) inquietare simulque nostra iura confundere, in-

currat iram super iram futuri iudicii et sit reus in conspectu extremi examinis cum Herode, Iuda et Simone mago portionem in eternum habiturus et Antichristi consortium possessurus ab omnipotente deo sanctisque apostolis et a cuncto sanctorum cetu et beatissimo G(risogono) maledictionem accipiat sempiternam et nostre regali curie, quibuscumque successoribus meis regibus, iupanis, comitibus siue banis componat libras auri C et in nostro regno perpetuo sit infamis. + Ego Cresimir rex Cru(atie) atque (Dal(matie). + Ego Stephanus, Iadre episcopus, subscripsi. Et hec sunt nomina testium, qui in hoc facto interfuerunt: + Adamço, Nonensis iupanus, testis; Bolesclaus, curialis comes, testis; Viachiço, iupanus de Luca, testis; + Uolessa dat testis; Budeç postelniç Berberensis iupanus, testis; Iohannes, regis capellanus, testis; Petrus, regalis curie iudex, testis; Studeç, regali(!) pincerna, testis; dominus Leo, imperialis protospatarius ac totius Dalmacie ac iupanus,[6] testis; Saluisclauus, Nonensis iudex, testis; Adam monacus, sancti Bartholomei abbas, testis; Petrus, iupanus de Sidraga, testis; Dragomir, iupanus de Cetina, testis; Andreas, Belgradensis prior, testis. + Ego Anastasius, huius cirographi dictator, Cruatensis episcopus et aule regis cancelarius, iussu et uoluntate predicti domini mei regis scripsi et confirmaui feliciter in ciuitate Nona. Amen.[6]

[1] Rački čita: »*Clisio*«, ali nema sumnje da stoji »*elisio*«, što i odgovara smislu teksta. – [2] Mora stajati XXV. – [3] Smisao ovog teksta je nejasan. Očito je da se tu radi o pogreškama nastalim pri prepisivanju iz beneventanskog predloška. Po svoj prilici je u prvotnom tekstu stajalo »*dignius*« umjesto »*dignis*«, a umjesto »*quam et*« »*quam ex*«. Veznik »*et*« pisan beneventanom vrlo je sličan prijedlogu »ex«. Na ovaj način ova rečenica postaje jasna. Rački je ovaj tekst pokušao objasniti transponiranjem pojedinih djelova rečenice: »*inueni nichil in operibus misericordie deo acceptabilius nichilque nostra terrestri aula dignius quam et supernorum ciuium atque sanctorum sacrata habitacula* . . .«. – [4] Treba da stoji »*regum*«. – [5] Treba da stoji »*sic*«. – [6] Rački ispravlja »*ac iupanus*« u »*catapanus*«, što će vjerojatno i biti tačno. Naime, i ovo nas upućuje na beneventanski predložak: »*ac*« je u beneventani pisano vrlo slično kao »*ca*«. – [7] Na kraju teksta je ovjera ovog prijepisa i notarski znak: »*Anno domini MCCXLVIII°, die quinto intrante nouembris, indictione sexta. Ego Petrus Papiensis, publicus notarius aule imperialis, autenticum huius exempli uidi et legi nichil addens uel minuens quod sententiam mutet, scripsi et sigillo consueto roboraui*«. Međutim, nema nikakva traga pečatu.

83.

1070, 16. svibnja.

Potvrda kralja Krešimira (IV) isprave o osnutku samostana sv. Petra na Rabu.

Ova se potvrda nalazi u kodeksu »Documenta diocesis Arbensis« *fol. 256r, a nastavlja se na ispravu od početka godine 1060., pisana rukom notara Antonija Nimirea (br. 63).*

Arhiv rapskog kaptola, kodeks br. 43.

Lucius: De regno Dalm. et Croat lib II, c. 16., p. 104. Farlati: Illyr. sacr. V, 228. Cod. dipl. CSD I, 136. Rački: Doc. br. 59.

Quemadmodum hoc testamentum bonum et iustum uidimus[1] uestro episcopo et clericis ceterisque uestris ciuibus corroboratum et laudatum, ita ego Cressimirus rex eandem collaudationem et confirmationem corroboro. Et si aliquis instinctu diaboli compulsus hanc corroborationem nostram disrumpere temptauerit, conuenit sibi fortior[2] nobis etiam et amicitiam nostram spernere. Anno domini millesimo septuagesimo, indictione octaua, die sexto decimo intrante madio,[3] presentibus magistro Gregorio gramatico et Paulo de Bilia[4] et aliis.

[1] Rački: »*videmus*«. – [2] Rački: »*fortiorem*«. – [3] Lucius je formulu datiranja stavio na početku isprave i preinačio: »*Millesimo septuagesimo primo*«. Nije jasno kako je došao do tog datuma. – [4] Ime je teško čitljivo. Kukuljević i Rački čitaju »*Bulia*«.

84.

1070, poslije 1. rujna. U Ninu. —

Radovan poklanja samostanu sv. Krševana u Zadru posjed koji je nekoć pripadao njegovom djedu.

Perg. 210×110 na tri mjesta oštećena. Pismo: beneventana.

Na poleđini regest XVII st. i bilješke XIV i XV st.

Drž. arh. u Zagrebu: Doc. ant. 5. U Drž. arh u Zadru (kaps. I, m. II, br. 4. str. 4) nalazi se prijepis XVII st. ovog dokumenta kojeg varijante donosimo u bilješkama ispod teksta.

Cod. dipl. CSD I, 137. Rački: Doc. br. 60.

Deveta indikcija koju navodi dokument počinje 1. rujna 1070. g.

+ Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo LXX, indictione VIIII. Regnante Romano imperatore tertio, rege Chrobatię Dalmatieque Petro, Siuinnimir bano. Actum in ciuitate Nona Adamizo iupano. Ego Radauanus[1] trado omnem possessionem meam in terris et uineis, queque fuit aui meo(!) Ualeco,[2] in monasterio sancti Chrisogoni abbate Petro presente iure per[petuo] possidenda.[3] His coram testibus: capellano Petro teste, Laurentio teste, Desnna(!) iupano teste, Adamizo iupano teste, Souinna setenico teste, dedu teste, Uitadrago teste, Nepostoy teste, Petro presbiter teste, Michahel presbiter teste, Prodano teste, Rugota teste, Andreas presbiter teste.[4] Si quis autem hanc conscriptionis uel donationis (cartulam) uoluerit corrumpere cupiditate deceptus, superni numinis iram incurrat sortemque possideat[5] cum his, qui dixerunt domino deo: »recede a nobis«, nec ut iudicetur, sed ut perpetuo damnetur, resurgat. Ego Adam, presbiter et monachus,[6] uer[itate] comperta rogatus manu mea scripsi.

[1] U zadarskom prijepisu početak ove isprave glasi: »*Eodem quoque anno et tempore. Ego similiter Radouan*. . .«. Ovu je promjenu očigledno unio kasniji prepisivač zato što je ovu ispravu prepisao neposredno iza isprave br. 85, iako je ona nešto kasnije nastala. – [2] Zadarski prijepis »*Ualeci*«. – [3] Zadarski prijepis »*possidendam*«. – [4] Zadarski prijepis ovako donosi redoslijed svjedoka: »*Petro capellano, Laurentio*.

Desinna lupanus, Adamic lupanus dad, Souina sitniz, Uitedrag, Nepostoi, presbiter Petrus, presbiter Micael, Prodan, Rugoto, presbiter Andreas. Prema dokumentima br. 86 i 87 bio je »*Chroatorum dad*« *Iohannes.* – [5] Zadarski prijepis: »*Si quis autem has meas donationes cupiditate deceptus quocumque ingenio uel tempore uoluerit subtraere superni numinis irram incurat sortesque possideat* ... – [6] »*presbiter et monachus*« pisar je naknadno umetnuo.

85.

1070, poslije 1. rujna.

Radovan, unuk Lilikov, nakon presude kraljevskog suda, koji je Vekemiru, županu Luke, osporio pravo na posjed Suhovaru, poklanja ovaj isti posjed samostanu sv. Krševana u Zadru.

Postoje dvije verzije ove isprave u deset raznih prijepisa. Prvu verziju (s jednim prijepisom) označujemo sa I, a drugu sa II. Bitna razlika između njih je ta što je kod verzije I potpisan »Adam presbiter et monachus«, *a kod II* »Anastasius, Chroatensis episcopus et aule regie cancellarius«. *Budući da je kod verzije II, koja je nešto opširnija potpisan drugi pisar, Rački (Stari priepisi hrvatskih isprava, Rad JAZU 36, str. 145–150) smatra da je to kasnije interpoliran tekst. U ispravama iz ovog vremena nalazimo jednog i drugog pisara, pa nije isključeno da je Radovan radi jače vjerodostojnosti tražio da ispravu još jednom izda i kraljevski kancelar. Rački potkrepljuje svoju tvrdnju činjenicom da je verzija I pisana beneventanom, pismom koje on smatra starijim. Međutim njemu nije bio poznat prijepis druge verzije iz arhiva sv. Krševana (kaps. XIV, br. 171 prijepis* d) *koji kaže za Radovanovu ispravu da se nalazi* »in quodam quaterno antiquo litterarum boniventarum«.

U svim prijepisima označen je isti datum s indikcijom IX, koja počinje 1. IX 1070.

I

Perg. 210×300. Pismo: beneventana.

Na poleđini goticom XIV st. »De possessionibus in Suchouara« *i drugom rukom.* »De Sicoarra«.

Arhiv Jugoslavenske akademije u Zagrebu, D-I-1.

Rački: Doc. 61a.

Anno dominicę incarnationis millesimo septuagesimo, indictione VIIII. Augusto regnante Romano tertio, tempore Cresimiri, Chroatorum regi(!). Ego Radouan, nepus Lilici, trado omnem possessionem meam, quę fuit predicti aui mei in loco, qui dicitur Suchouara, beato Chrisogono martiri presente eiusdem monasterii Petro abbate. Sed, quia resistebat michi Uekemir, Lucę iupanus, cum Boleslao tepti[1] et contradicebat hoc fieri, quod feceram, dicens ipsa terra a rege predicto sibi esse concessa. Ob

quam igitur contentionem studui adesse ante presentiam dicti regis die sancto Paschę, cum multi Chroatorum nobiles ibi tunc aderant. Et interrogaui dominum meum regem, si tantillam hereditatem meam illis iupanibus habere concessisset. Tunc rex coram omnibus illud se minime egisse dixit atque mei miserescens largitus est michi legatum suum nomine Apricium socolarem, qui michi et meam terram ab illis defendens redderet et meam donationem publice coram vicinis in loco supradicto confirmaret. Quod et factum est. Nam ueniens una mecum ad predictum locum, uidelicet Suchouara, coram omnibus ibidem manentibus uel coram aduenientibus subscriptis testibus et terram iniuste querentibus interdixit ac domui dei una mecum iterum tradidit. Cerminico Breberscico teste, Uilcina Zatinscico teste, Dalizo Poliscico teste. Cosma Luciscico teste, Mutimir Sidrascico teste. Desinna, Nonensi iupano, teste, Sracino sitnico teste, Jacobizo Zastobriscico teste, Bolanno tepciza teste, Johannes dad teste, Johanne capellano teste, Budicio postelnico teste, Desimir Smullę filius, Tolimir psar, Uitomir duornic. Hi uero testes affuerunt coram rege. Suchouarę uero: Bribigoi gradscic. Chroatin, Zelodrag, Dragouit, Dobrogoi, Negouan. Si quis autem hanc meam oblationem cupiditate deceptus quocumque ingenio uel tempore de domo dei auferre temptauerit, superni numinis iram incurrat, sortemque possideat cum his, qui dixerunt domino deo: »recede a nobis«, nec ut iudicetur, sed perpetuo ut damnetur, resurgat.

Ego Adam, presbiter et monachus, ueritate comperta, manu propria scripsi.

[1] Treba čitati »*tepti*«, a ne »*tepci*«, jer je drugo slovo *t* u ligaturi sa *i* sibilantno *t*. koje nalazimo na više mjesta u ovoj ispravi.

II

Postoji devet raznih prijepisa isprave ove verzije. Označujemo ih slovima. Tekst donosimo prema najstarijem a) *prijepisu, a važnije varijante nalaze se u bilješkama.*

a) Perg. na nekoliko mjesta premazana taninom. 195×335. Pismo: karolino-gotica XIII stoljeća. Na poleđini nekoliko regesta XVII–XVIII st. Drž. arh. u Zagrebu: Doc. antiquissima 6.

b) Perg. na nekoliko mjesta vrlo oštećena taninom. 200×180. Pismo: gotica XIV st. Na poleđini regest XVII st. Drž. arh. u Zadru: Spisi samostana sv. Krševana, kaps. XIV, br. 164. Uz ovaj prijepis priložena su još dva prijepisa XVIII st. s tačno istim tekstom, pa ih zato ovdje ne označujemo posebnim slovima.

c) Prijepis XVII st. Drž. arh. u Zadru: Spisi samostana sv. Krševana, kaps. I m. H br. 4, fol. 3v.

Slijedeći prijepisi imaju potvrde notara:

d) Perg. s vrpcom izgubljenog pečata zadarskog kaptola. 480×620. Pismo: gotica XIV st. Drž. arh. u Zadru: Spisi samostana sv. Krševana, kaps. XIV, br.171.[1]

e) Perg. Plika s rupama za vrpce izgubljenog pečata zadarskog kaptola. 455×535. Drž. arh. u Zadru: Spisi samostana sv. Krševana, kaps. XIV, br. 167.[2]

f) Ovjerovljeni prijepis iz 1701. g. prijepisa e. *Drž. arh. u Zadru, kaps. XIV, br. 229.*[3]

g) Perg. 445×480. Pismo gotica XIV st. Drž. arh. u Zadru: Spisi samostana sv. Krševana kaps. XIV, br. 165.[4]

+ Anno dominice incarnationis millesimo septuagesimo, indictione VIIII. Augusto regnante Romano tertio, tempore Cresimiri regis Chroatorum et Dalmatinorum. Ego Radouan, nepos Lilici, trado omnem possessionem meam, que fuit predicti aui mei in loco, qui dicitur Suchouara,[5] beato martiri Grisogono presente eiusdem monasterii Petro abbate. Que possessio his manifestis indiciis declaratur: a lacu ex septemtrionali plaga protendendo in directum uersus boream ad riuum, et ab isto loco eundo ad australem partem ad terminos predii de Dubio cum suis circumadiacentiis pascuis. Sed, quia resistebat mihi Uekemir, Luce iupanus,[6] cum Boleslauo tepcii et hoc donum, quod sancto martiri intuitu dei et pro remedio meorum predecessorum animarum feceram, contradicebat et ad nichilum deuenire satagebat dicens ipsam terram a rege predicto sibi esse concessam. Ob quam igitur contencionem die sancto Pasce studui adesse ante presentiam predicti regis, ubi non modica turba nobilium tam Chroatorum quam Dalmatinorum adherat.[7] Tunc cora[m] omnibus interrogaui satis diligenter dominum meum regem, si tantillam hereditatem meam illis iupanis habere concessisset. Qui in facie omnium id se minime egisse respondit atque mei misertus largitus est michi legatum suum nomine Apricium socolarem, qui regia fretus auctoritate michi et meam terram ab illis defendens redderet ac meam donationem publice coram uicinis in loco supradicto, hoc est in monasterio sancti martiris Grisogoni, confirmaret et sigilli proprii munimine roboraret. Quod diuine misericordie instinctu factum est. Nam predictus Apricius una mecum ad predictum locum uidelicet Suchouara ueniens coram omnibus ibidem manentibus nec non coram aduenientibus subscriptis testibus terram iniuste querentibus interdixit et, sicut illam domui dei largitus fueram, una mecum regali institutione iterum tradidit et confirmau[it]. Unde ego predictus Radouan regia potitus iustitia rogo et contestor omnes Christi fideles per patrem et Iesum Christum, filium eius, nec non et spiritum sanctum ab utroque procedente, ut hec omnia inuiolabiliter conseruent. Si quis autem hanc meam oblationem qualibet cupiditate deceptus quocunque ingenio aliquo tempore a domo dei auferre temptauerit, superni numinis iram incurrat sortemque possideat cum his, qui dixerunt domino deo: »recede a nobis«, nec ut iudicetur, set ut perpetuo dampnetur, resurgat. Cui donationi et facto interfuerunt hi testes: Desinna, Nonensis iupanus, testis, Cerminicus Breberschico testis, Uocinna Zatinscico testis, Dalizo Poliscico testis, Cosma Luscico testis, Mutimir[8] Sidrascico testis, Saraçino sitinico testis, Iacobiço Çastobriscico testis, Bolano tepciza testis, Iohannes dat testis, Iohannes capellanus testis, Budicio[9] postelnico testis, Desimir

Smulie filius testis, Tolimir psar testis, Vitomir duornic. Hii omnes testes fuerunt coram rege. Suchouare uero: Tribigoi[10] grascik. Croatin, Zelodrag,[11] Dragouit, Dobrogoi, Negouan.

+ Ego Anastasius, Chroatensis episcopus et aule regie cancellarius, hanc donacionis cartulam rogatu predicti Radouani et ex mandato domini mei regis intus in ciuitate Nona scripsi et confirmaui. Feliciter.

[1] Prijepis *d* se nalazi u skupini transumpta, koji se odnose na posjed Suhovaru, a izdana su 4. V 1374. od zadarskog kaptola na molbu opata Ivana koji je išao na put, a originalne isprave nije htio nositi izvan grada. Pored glavnog notara, koji se zove »*Peronus ser Taiutoli Perutii de Cingulo, Anconitane prouinctie Marchie auctoritate notarius et nunc comunis ciuitatis Iadre protocancellarius*«, ispravu su ovjerovili još tri notara. Pred transumptom Radovanove isprave nalazi se ova bilješka: »*Et primo quandam donationem scriptam in quodam quaterno antiquo litterarum boniuentarum factam per Radouanum de territorio Suhouara dicto monasterio sancti Grisogoni.*« Uz Radovanovu ispravu nalaze se transumpti slijedećih dokumenata: 6. V 1198., 27. XI 1239., 27. XI 1239., 1243., 10. V 1196., 8. IX 1358. – [2] Prijepis *e* se nalazi u skupini transumpta koja u svemu odgovara skupini u kojoj se nalazi prijepis *d*. I ta isprava s navedenim transumptima izdana je iz istih razloga i na molbu istog opata s tom razlikom što je pisana »*per presbiterum Helyam, notarium imperiali auctoritate puplicum et autenticum et in hac parte scribam nostrum*«. Isprava s transumptima nije datirana, ali nema sumnje da je iz istog vremena. – [3] Prijepis *f* nalazi se u ovjerovljenom prijepisu isprave od 4. V 1374., u kojem se nalazi prijepis *d*. Taj ovjerovljeni prijepis izdao je notar Zuanne Emanueli 24. VII 1701. – [4] Prijepis *g* se nalazi u skupini prijepisa istih dokumenata, koje sadrže spomenute isprave u bilješkama 1, 2, 3. Budući da ovaj prijepis nije ovjerovljen, lako je moguće da je on služio samo za privatnu upotrebu samostana. Ovaj prijepis počinje riječima: »*Hoc est exemplum primo cuiusdam scripture et donationis facte monasterio sancti Grisogoni de Iadra repertum in quodam quaterno et autentico scripto manu Blasii . . .*«. – [5] Prijepis *c* »*Sicouara*, *g* »*Soccouarra*«. – [6] *Prijepis c* »*vehementer Luca lupanus*«, *d, e, f, g* »*Velcemir*«. – [7] Prijepis *c, d ,f, g* »*aderat*«. – [8] Prijepis *g* »*Mutimer*«. – [9] Prijepis *c, d, e, f,.g* »*Diedicio*«. – [10] Prijepis *c* »*Tribigor*«, *d, e, f* »*Tribigoy*«. – [11] Prijepis *d, f* »*Çelourag*«, *g* »*Zelodrat*«. – [12] Prijepis *c, d, e, f, g* »*Dragouid*«.

86.

1070, poslije 1. rujna.

Ivan, »djed Hrvata«, prodaje samostanu sv. Krševana u Zadru svoj posjed u Čepriljanu.

Prijepis XVII stoljeća.

Drž. arh. u Zadru: Spisi sv. Krševana, kaps. I, m. H, br. 4, fol. 3.

Cod. dipl. CSD I, 138. Rački: Doc. br. 62/1.

Deveta indikacija, koju navodi dokument, počinje 1. rujna 1070. g.

Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 1070., indictione nona. Imperante domino Romano tertio, Chroatia[1] uero regnante Chresimiro rege. Ego Joannes, Croatorum dad, cum consia (!)[2] uxore mea Dobriza uendo possessionem meam in loco, qui dicitur Ceprigliani, monasterio beati Grisogoni per uiginti solidos iure perpetuo possidendam

presente Petro abbate. Quę his cingitur terminis ac lateribus: a latere orientali uia puplica, ab australi colina deserti, ab occidentali terra sancti Platonis, a setemptrionali Adami Mizo[3] lupani.[4] His coram testibus: Laurentius testis, Desinna lupanus testis, Adam Mizo (!) lupanus testis, Souina sachich[5] testis, Saracenus secniz[6] testis, Petrus capelanus testis, Vito Drago[7] testis, Nepostoi testis, Michel presbiter testis, Prodano testis, Rugata, Andreas presbiter, Radouan testes. Ego Adam, presbiter et monacus, rogatus et ueritate conperta . . .

[1] Rački netačno čita »*Croatie*« i ispravlja u »*Chroatie*«. – [2] Rački netačno čita »*conzia*« i ispravlja u »*conscia*«. – [3] Očito pogrešno prepisano mjesto »*Adamizo*«. – [4] Prepisivač svugdje kod riječi »*iupanus*« pogrešno čita »*i*« longa kao »*l*«. – [5] Pisar krivo čita mjesto »*setenico*« (vidi br. 84). – [6] Slična pogreška kao kod bilješke 5. – [7] Krivo čitano mjesto »*Vitodrago*« (vidi br. 84).

87.

1070, poslije 1. rujna. U Biogradu.

Ivan, »djed Hrvata«, poklanja samostanu sv. Krševana u Zadru svoj posjed u Brdima.

Prijepis XVII stoljeća.

Drž. arh. u Zadru: Spisi sv. Krševana, kaps, I, m. H, br. 4, fol. 3.

Cod. dipl. CSD I, 138. Rački: Doc. br. 62/2.

Pri prepisivanju ovog dokumenta prepisivač XVII stoljeća je vjerojatno izostavio prvotnu formulu datiranja, pa ga je datirao jednostavno sa »eodem tempore« misleći na ispravu br. 86, koja se u njegovom prijepisu nalazi neposredno pred ovim, a govori o istim osobama. Isti slučaj imamo i kod prijepisa isprave br. 84 (vidi bilj. 1.). Postoji također mogućnost da je ova isprava, koju je napisao drugi pisar, bila pripisana na preostalom praznom donjem dijelu pergamene na kojoj se je nalazila isprava br. 86.

Iterum ego Joannes, Crouatorum dad, pro remedio animę meę eodem tempore concedo monasterio beati Grisogoni martiris curtem in loco, qui dicitur Berda, perpetuo possidendam presente Formino[1] abbate. Hanc ipsam denique terram promerui a domino meo Chresimiro rege et ipse concessit mihi hanc facere donationem. Acta sunt hęc in civitate Belgrado coram ipso domino meo Chresimiro rege et his coram testibus: Drugona scutonos testis, Michel testis, Joannes capelanus testis. Et ego Dominicus, presbiter et monacus, iussu donatoris manu mea propria scripsi.

[1] Ovo je jedino mjesto gdje se javlja opat samostana sv. Krševana Formin. Međutim znamo da je opat istog samostana bio u to vrijeme Petar (od 1060. do 1075.). Zabuna prepisivača mogla je nastati zbog toga što je eventualno u izvornom dokumentu stajao samo inicijal imena opata Petra, kako je to bilo inače dosta uobičajeno. Veliko slovo *P* i *F* se uostalom mogu lako zamijeniti, osobito ako je na koji način pismo oštećeno.

88.

1070, poslije 1. rujna. U Zadru.

Hrvatin i njegov brat Ljutostrah poklanjaju samostanu sv. Krševana u Zadru zemljište u Sekiranima.

Perg. 150×85. Pismo: beneventana.
Na poleđini regest XVII stoljeća.
Drž. arh. u Zadru: Spisi sv. Krševana kaps. XXIII, br. 24. U istom arhivu nalazi se prijepis XVII st. ovog dokumenta (kaps. I, m. H, br. 4, fol. 3.).
Lucius: De regno Dalm. et Croat. lib II, c. 15, p. 100. Po njemu Farlati: Illyr. sacr. lib. V, 604. Lucius navodi da donosi tekst »ex registro antiquo privil. S. Gregorii (umjesto Grisogoni) monachorum Jadrae« Njegov tekst ima dosta pogrešnih čitanja, ali se uglavnom slaže s tekstom prijepisa kaps. I, m. H, br. 4, fol. 3. Cod. dipl. CSD I, 138. Rački: Doc. br. 63.
Deveta indikcija, koju navodi dokument, počinje 1. rujna 1070.

+ Anno ab incarnatione[1] domini nostri Iesu Christi millesimo LXX, indictione VIIII. Imperatore Romano tertio regnante, Crobatie rege Cresimiro, bano Suinnimir.[2] Actum in ciuitate Jadera.[3] Ego Chrobatinus una cum fratre meo Lutostracho tradimus in monasterio sancti Chrisogoni territorium, quod abemus in loco, quod dicitur Sakerani,[4] abbate Petro presente, contiguum eiusdem ęcclesię territorium.[5] His coram testibus: priore Jadere Drago teste, Cusma, iupano Luce, teste, Adamizo[6] iupano teste, iudex Maio Jadere teste, Apricio teste, Cando teste, Dabro de Bonamuta teste, Andreas filius episcopi testis. Ego Adam presbiter et monachus ueritate comperta rogatus manu mea scripsi.

[1] Zadarski prijepis XVII st. »*anno dominice incarnationis*«. – [2] »*bano Suinnimir*« u prijepisu izostavljeno. – [3] Prijepis ima ovu formulu u eshatokolu u malo drukčijoj formi. – [4] Ime je pisano u dva retka: na gornjem je pisalo »*saka*«, zatim je »*ka*« precrtano i na donjem retku dodano »*kerani*«. Prijepis ima: Sechirani. – [5] U daljnjem tekstu prijepis ima slijedeću formulu kominacije: »*Qui autem hanc nostram donationem subtraere uoluerit, omnipotentis iram incurrat.*« Iza ovog teksta neposredno slijedi: »*Actum hoc in ciutate Jaderę his coram testibus*«. – [6] Prijepis ima »*Adamizo Nonę zupanus testis*«.

89.

Oko 1070. U Biogradu.

Izaslanik kralja Krešimira (IV) dosuđuje pravo na crkvu sv. Kuzme i Damjana samostanu sv. Ivana Rogovskog.

Prijepis u Polichorionu samostana sv. Ivana Rogovskog, p. 13. Pismo: gotica.
Drž. arhiv u Zadru.
Farlati: Illyr. sacr. IV, 4. Cod. dipl CSD I. 146. Rački: Doc. br. 64. Ljubić: Libellus Polichorion, Starine XXIII, str. 169.

Rački je ovu ispravu datirao sa »oko 1070. god.«, budući da se isprava jedino može datirati po opatu Feliksu, koji je bio opatom poslije opata Andrije i prije opata Petra. Opat Andrija se javlja 1060 a opat Petar prvi put u jednoj datiranoj ispravi 1076. (inače se često javlja u Polichorionu, ali bez datuma).

Quomodo misit dominus[1] rex Chresimir nuncium suum[2] in Alba[3] ciuitate inquirere de iusticia ecclesie sancti Iohannis euangeliste de sanctis Cosme et Damiano de Monte.

Breue recordationis quomodo placuit regi C.,[4] quod mitteret nuncium suum in Alba ciuitate inquirere a populo ciuitatis, si uera essent ea, que abbas Felix requirebat et proclamationem faciebat scilicet de iusticia ecclesie sancti Iohannis euangeliste de sanctis Cosme et Damiano, et quid populus diceret. Inde misit Vuilledragum, qui uocauit populum ad se ad sanctum Iohannem; ad quem populus uenit dicens, quod quicquid abbas requirebat de iusticia ecclesie, iustum requirebat. Ista sunt nomina hominum: Semiuitus Petrus, Petrus iudex, Nicolaus archidiaconus, Micha Uetulus, frater eius Belço, Vitaça, Iohannes presbiter, Negulus, Lube, Andreas, Drase et frater eius Dabrana, Gregorius, Domacca, Trunçannes. Et omnes ciues affirmauerunt priuilegium sancti Iohannis de sanctorum Cosme et Damiani, et semper debuisset permanere sub potestate huius monasterii.

[1] Rački netačno čita »*uenerabilis*«. – [2] »*suum*« napisano iznad crte. – [3] Daljnji tekst na desnom rubu lista. – [4] T. j. »*Chresimiro*«. – [5] Pisano »*Vuill'dragum*«, što Rački čita »*Uuillum Dragum*«.

90.

Oko 1070.

Kralj Krešimir (IV) poklanja samostanu sv. Stjepana kod Splita mjesto za podizanje mlina na području Solina.

Talijanski prijevod u kodeksu XVII st. »Scritture del monastero di s. Stefano di Spalato«, fol. 31v–32v (Isp. br. 41.).

Biblioteca Marciana u Veneciji, classe V. cod. LI, 5616 (provenienza: Zeno Apostolo 300).

Farlati: Illyr. sacr. III, 138 donosi latinski prijevod. Prema njemu donosi isti latinski prijevod Cod. dipl. CSD I. 133. Rački: Doc. br. 58 donosi svoj vlastiti latinski prijevod.

Dokument se može datirati jedino prema štitonoši Druganu, koji se javlja u ispravi iz g. 1070. (br. 87).

Pred dokumentom stoji naslov: »Donatione del re Cresimiro del molino detto Duboiel«.

Nel nome di nostro signor Giesù Christo. Io Cressimiro, per la dio gratia rè dei Crouati et Dalmatìni, faccio breue donatione al cenobio

di san Stefano protomartire, che è posto uicino alla città di Spalato. Però inuitato anzi ammonito dal venerabile arciuescouo Lorenzo et dal prefato abbate Gisilberto, che uoglia concedere per remedio dell'anima mia anzi de miei parenti il luoco del molino per esser benedetto,[1] et hauendo trouato lo luoco atto come ci hanno fatto uedere, cioè uicino la[2] chiesa di san Pietro nel territorio di Salona, glielo concediamo da esser hauuto e perpetuamente tenuto. Et se alcuno de nostri successori s'opporrà a questa nostra donatione, il che dio non uoglia, incorra nella maleditione dell'onnipotente dio et dei santi padri et la scommunica et con Giuda sia condannato all'inferno. Furono fatte queste cose alla presenza di questi testimoni: prima del predetto Lorenzo arciuescouo, di Pietro arcidiacono, di Giouanni sacerdote e monaco, di Pietro primicerio, di Drugana stitanasso[3] et di Asdritio[4] podiuppo et di Gregorio podiuppo.

Io Teodoro, prete e capellano, per ordine del predetto rè, signor mio, scrissi questa donatione et fui testimonio.[5]

[1] Rački preinačuje bez potrebe ovaj tekst: »... *il luoco del molino per (esso cenobio dell' ordine di san) Benedetto.*« – [2] Rački: »*alla*«. – [3] Rački netačno čita: »*scitonossa*«. – [4] Rački: »*Osritio*«. – [5] Na kraju slijedi naknadna potvrda kralja Stjepana. Vidi br. 152.

91.

1071, 8. srpnja. U Biogradu.

Kralj Krešimir (IV) određuje i potvrđuje područje rapske biskupije.

Perg. 149×241. Pismo: Prelazna minuskula između karoline i gotice. Viseći pečat iz tamna voska u promjeru 180 mm, debljine oko 15 mm, s natpisom kapitalnim slovima: + SIGILLVM REGIS CRESIMIRRI DALM. AC(?) *CHRO. Na pečatu je lik kralja na prijestolju sa žezlom i jabukom.*

Na poleđini regest iz XVII st.

Drž. arh. Zagreb: Doc. ant. 7.

Lucius: De regno Dal. et Croat. lib. III; c. 12, p. 142. Farlati: Illyr. sacr. V. 229. Iura regni CSD. I, 15. Cod. dipl. CSD. I. 140. Rački: Doc. br. 67.

Diplomatičko-paleografska i historička analiza mnogih autora pokazuje da se radi o očitom falsifikatu. (Vidi Šišić, Priručnik str. 633–640). Dok Šufflay (A két Arbei iker-oklevél. »Századok« 1905 p. 297–319) i Šišić o. c. smatraju da falsifikat potječe iz 14. st., karakteristike pisma upućuju na kraj dvanaestog ili početak trinaestog stoljeća. (V. i N. Klaić: Rapski falsifikati, Zbornik instituta za hist. nauke u Zadru. 1955. str. 44).

+ Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi MLXXI, indictione VIIII, die octaua mensis iulii, tempore domini Alexandri pape urbis Rome. Ego C.,[1] rex Dalmatinorum ac Chroatorum, insimul meis cum

principibus iustitiam Arbensis ecclesie retinentes et eam in protectione nostra suscipientes uolumus et perpetuo iure assentientes firmamus, ut dicta ecclesia habeat suas parochias silicet iuppam, que fuit sub alpibus a castro latine Murula vocitato sclauonice Steniçe usque ad flumen Copriue et ecclesiam sancti Georgii in Rawna, Kissam suis cum pertinentiis, tantum retinentes de iure suo paucas uillas Pagi: Peçani, Murowlani, Wlasiçi, quas et si pro malo habet, nouo dedimus episcopo Nonensi iuppam Licche, iuppam Buçani et Boçachi. Et hoc statutum uolumus perpetuo inuiolabile manere, sicut semper a maioribus natu didicimus dicte iam ecclesie inuiolabile perstitisse. Quicumque igitur nostris de successoribus hoc priuilegium perturbare et ei uim infferre aliquo molimine attemptauerit, nostro iudicio pellatur a regno; de inferioribus sanctimus componere centum libras auri, regali curie medietatem et sancte predicte Arbensi ecclesie aliam medietatem. Ad roborem et uigorem nostreque cartule dationis assentionisque iustitie mitram nominis nostri inpressis litteris prelibate donamus ecclesie et nostri sigilli inpressione firmando roboramus. Indictione VIIII. Datum est hoc priuilegium Arbensi ecclesie in castro Belgrado per manum Johannis diaconi et domini regis notarii coram comuni curia.

[1] Cresimir.

92.

1071.

Paška općina daruje samostanu sv. Mihovila na Susku samostan sv. Petra na Iloviku (Neumae).

Perg. 250×140. Pismo: gotica početka XIV st.

Na poleđini pismom XV st.: »Carta de facto Maçolini Arbensis et Chissani comitis« i regest XVIII st.

Drž. arh. u Zagrebu: Doc. ant. 8.

Farlati: Ilyr. sacr. V, 229. Lucius: De regno Dalm. et Croat lib. III, c. 12. p. 142. imade ovu ispravu samo u izvatku. Cod. dipl. I, 140. Rački: Doc br. 68. Rački i Kukuljević donijeli su ovu ispravu prema Farlatiju, no Rački je neke stvari proizvoljno promijenio valjda da se približi tekstu nepoznatog originala.

Da je ovaj autentični prijepis iz početka 14. st. dokazuje činjenica što je Marcus Michaelis bio rapski comes g. 1280., 1289. i 1308. (Monum. spect. I, 127–227). Ovaj autentični prijepis učinjen je po njegovom nalogu prema prijepisu iz god. 1291.

+ Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo LXXI. indictione nona, tempore Cresimiri, Dalmatinorum ac Chroatorum regis, et Dragi Arbensis episcopi. Nos denique Kesensis communitas, quia deo

et monasterio sancti Michaelis de Sansigo in primordio edificationis ipsius monasterii occulte et aperte offendimus et quia deus sua misericordia nos per reuelationem sancti Nycholai uisitauit, quod strages, qua deprimimur, ob it (!) super nos deuenisset comuni et consilio pro emendatione mali facti, quod fecimus, donamus nostrum monasterium sancti Petri de Neumis insullis (!) monasterio Sansicano cum suis utrisque insullis Neumis et earum pertinentiis et cum X libris ecclesie et tribus aratris bouum et duabus campanis et CCVI ouibus et XVIII iumentis ac quinquaginta vachis. Pristinum[1] uero rogamus dari Maçulino, Arbensi comiti, qui noster est. Que omnia volumus, ut dictum monasterium sancti Michaelis excepto nominato pristino habeat et iure hereditario in perpetuum possideat salua tamen iustitia Arbensis episcopatus. Ego Maçolinus, Arbensis et Kisanus comes, testor et me subscribi iussi. Ego Otma (?) dono et subuolo (!) et subscribere me rogo. Ego Dobrogost hanc donationem esse volo. Ego Petriç dono et volo. Ego Duimus ualastelin dono et volo. Ego Stanimir dono et uolo. Ego Burdinus dono et uolo. Ego Prelug dono et volo. Ego Subdimir dono et volo. Ego Paulus dono et volo. Ego Culiamir dono et volo. Ego Rubo . .[2] dono et volo. Ego Bostian dono et volo. Ego Stoian dono et volo. Ego Gestima[3] dono et volo. Ego Priuonego[4] dono et volo. Ego Grubice dono et volo. Et omnes quotquot sumus hanc donationem volumus esse in perpetuum valituram. ✝ Et ego Dragus, Arbensis episcopus, notate (?)[5] interfui donationi et saluo iure nostre sedis assentio et hoc priuilegium fieri iubeo, in cuius diocesi donantes donata sunt.[6]

[1] Rački mijenja sasvim čitljivu riječ »*pristinum*« u »*pristauum*«; isto tako u slijedećoj rečenici »*pristino*« u »*pristauuo*«, misleći da je to nastalo pogreškom pisara. Da bi dobio nekakav smisao on umeće prijedlog »*a*« u tekst i mijenja dativ »*comiti*« u ablativ »*comite*«: »*Pristauum uero rogamus dari (a) Mazolino arbensi comite*«. Ta korektura je očito kriva, jer se po cijelom tekstu vidi da se tu ne može raditi o pristavu nego o nekim podavanjima rapskome knezu, a to je i značenje riječi »*pristinum – pristina*« (v. Du Cange: Glossarium mediae et infimae latinitatis). Prema tome je Kukuljević u Cod. dipl. CSD I, str. 140 ispravno shvatio značenje te riječi. – [2] Iza »*Rubo*« prelazi tekst na slijedeći redak, na čijem početku čini se da je neko nejasno slovo, zato vjerojatno ovo ime nije potpuno. – [3] Rački: »*Gostimir*«. – [4] Nije jasno zašto je Rački ovo mjesto, koje je kod Farlatija i Kukuljevića ostalo nepročitano, popunio sa »*Zupan*«. – [5] U tekstu stoji »*not*« sa znakom kraćenja. – [6] Ovdje vjerojatno završava tekst prvotne isprave. Slijede potpisi egzaminatora i notara: »*Ego Martinus diaconus examinator manum misi.*

Ego Martinuscius de Slouigna examinator iussu domini comitis Marci Michaelis et eius curie examinaui.

Ego Çamboninus de Rodanis de Cremona, Arbensis notarius, de mandato domini Marci Michaelis, comitis Arbensis, et curie Arbensis hoc exemplum exemplaui de quodam instrumento exempli confecti per manum Lanfranci, olim Arbensis notarii, sub anno domini MºCCºLXXXXIº, indictione tercia, nil addens uel minuens, quod sententiam mutet, compleui, roboraui et consueto signo signaui.« – Notarski znak. – Martinuscius de Slouigna potpisao se je vlastoručno. Đakon Martin prisustvovao je kao egzaminator po svoj prilici kod prijepisa dokumenta god. 1291.

93.

1072. U Ninu.

Braća Zovina, Desimir, Petar Gromela i Slavic poklanjanju samostanu sv. Krševana u Zadru posjed u Obrovcu.

Postoje dvije verzije ove isprave koje označujemo sa I i II. Rački smatra prvu verziju originalnim tekstom isprave, a drugu interpoliranim ili čak falsificiranim (Stari priepisi hrvatskih isprava, Rad JAZU 36, str. 150–153). Tu svoju tvrdnju Rački osniva na dodatku prvoj verziji u kojem se govori da su nasljednici nekoga »Uirre« falsificirali ispravu i na temelju toga oduzeli samostanu dio darovnog posjeda. Druga verzija pokazuje neka odstupanja kod opisivanja meda i transkripcije imena. Rački je poznavao drugu verziju samo iz prijepisa XVII stoljeća, dok mu raniji prijepis iz kraja XII ili početka XIII stoljeća pisan karolino-goticom nije bio poznat. Činjenica je da nijedan od sačuvanih egzemplara ne potječe iz 1072. godine, pa se ne može ustanoviti koja je od ove dvije verzije stvarno falsificirana, makar da su svjedoci zakletvom potvrdili originalnost prve verzije. Kukuljević poznaje stariji prijepis druge verzije. Njegova pretpostavka da su obe verzije prevodi iz hrvatskog originala nije vjerojatna.

Perg. 285×380. Pismo: beneventana.

Na poleđini bilješke XVII st. »De Brauizo-Pribina«.

Drž. arh. u Zadru: Spisi samostana sv. Krševana kaps. XVIII, br. 34.

Cod. dipl. CSD I 141. Rački Doc. br. 71a.

1072. godine je bila X a ne VII indikcija. Treba istaknuti da se i u II verziji navodi također VII indikcija.

O toponimu Obrovac v. Viktor Novak, Zadarski kartular, str. 225.

+ Anno incarnationis domini nostri Iesu Christi millesimo LXXII, indictione VII, regnante Cressimir Chroatię et Dalmatię Stephanoque episcopante. Uisum nobis est fratribus Zouinna, Desimir, Petar Gromela, Slauiz de ciuitate Nona, ut pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum defunctorum, quorum nomina indicamus: Ueliacus, Stepan, Tomidrag, Uekemir, Raddomir; nomina autem feminarum defunctarum: Petronna, Bolinega- dare in cęnobio sancti Chrisogoni martyris situm in Iadera possessionem in Brauizo a mare infra et supra, quę a nostris possessa est, septam antiquis maceriis, cuius pertingit terminus per collem a meridie usque ad aquam recto itinere, que oritur iuxta siluula, quę uocatur Lusiz, et inde extenditur in australi parte iuxta Mozaua usque ad aliam aquam, quę subterraneo meatu uidetur habere originem a fonte, qui uocatur Sliuinich, qui fons in eadem possessione est; indeque ducitur terminus iuxta siluam, quę dicitur Uirrouika qui rursum[1] tenditur contra mare et peruenitur ad antiqua sepulchra, quę in eadem habentur possessione. Et inde ducitur funiculus usque ad terrulam ecclesię sancti Chrisogoni, ubi primitus idem martyr

sepultus fuerat, et ab ipsa tenditur usque ad ecclesiam iam dicti martyris. quę adheret ęcclesię sancti Petri sitę ibidem, hinc et inde iterum usque ad mare; tam in collibus quam in uallibus et quicquid nostri iuris reperiri potest in Brauizo, in abbatis Petri presentia fratrumque eius iure perpetuo tradimus possidendum. Si quis autem nostrum post obitum hoc donum pietatis auferre a dicto cęnobio temptauerit paruipendens nostro uoto, iram omnipotentis dei incurrat et cum supremus idem iudex mundum iudicaturus aduenerit, non cum electis ad dexteram possitus uocem beatitudinis, sed cum reprobis condemptionis (!) audire mereatur. Actum in ciuitate Nona in presentia prefati regis: Druznik ded. Pribidrug postelnik. Drugana scitinik[2] regis, Adamiz iuppanus, Desinna iuppanus. Prodanus iuppanus. Item testes Latini: Drago prior, Andręas prior, Maius iudex, Candidus, Nikyforus. Petrus comerzarius et Prestantius frater eius.

Ego Adam rogatus a predictis donatoribus scripsi.[3]

[1] Rački čita »*sursum*«. – [2] Rački čita »*Dragana scitnik*«. – [3] Iza teksta isprave nalazi se slijedeći dodatak pisan istom rukom, koji je danas djelomice taninom veoma oštećen:

»Dehinc elabentibus pluribus annis, temporibus uidelicet apud nos domini Colmanni regis quidam peruersi nepotes Uirre substraxerant(!) aliquos agelullos de predicta possessione falsificantes cartam istam. Quod prospicientes nos fratres iam dicti cenobii eos stare fecimus ad iudicium episcopale. Et datis iudicibus iudicauerunt nobis tribus monachis iurando firmare cartam istam et alii tres similiter iurarent de nepopotibus illorum, qui illam donarant nobis possessionem. Quod et factum est. Inprimis iurat dominus Dabrus nuper abbas, deinde Georgius presbiter et Gauzulus presbiter; item de heredibus illorum, qui nobis hoc benigne egerant, iurat Radoslau, filius Petri iuppani, Saracin, filius Slauiçi iuppani similiter, et Climin, filius Desinnę iuppani similiter. Iudices autem hi tres fuerunt ... (ime izostavljeno) regis iudex, Miroslau, Psacensis comes, et Desinna, noster iudex. Hoc itaque iudicium factum est in quadriuio maiore, sacramentum autem in nostro capitulo palam his testibus: Maius archidiaconus, Uitaza, olim prior, Trunzan iudex, Uilcinna iudex, Maius Pucana. [Ma]ius tribunus. Zañizus tribunus, Gregorius tribunus. [Forminus tribunus], Uilcinna comerzarius. Ex Slauis testes: + Slauizus. + Radoslau, + Saracin, + Jacous, + Geronnus, + A., + A., + C., + G., + Pribinna. Postea perlustrantes omnia loca illa ita inuenimus, ut scriptum erat, erigentesque lapideos aceruos possedimus. (Tekst u zagradama danas je sasvim nečitljiv, a ovdje ga donosimo prema čitanju Kukuljevića i Račkoga).

Prema svjedocima, koji se spominju u ovom dodatku, slijedi da je isprava napisana oko 1105. godine. Naime, u ispravi iz te godine (CD II 15, br. 10) spominju se »*Lampredius prior, Vitaza prior, Trunzan iudex, Vilcinna iudex, Sorca, Madius archidiaconus*«.

U dokumentu je izostavljeno ime kraljevskog suca i na tom mjestu ostavljen prazan prostor. Iz toga bi se dalo zaključiti da je i ovaj dokument samo prijepis onog predloška kojem je u doba kralja Kolomana pripisan ovaj dodatak.

II

U Državnom arhivu u Zadru postoje dva prijepisa ove verzije koje označujemo sa a *i* b. *Račkom je bio poznat samo prijepis* b *iz XVII stoljeća, koji je očigledno učinjen prema prijepisu* a *iz kraja XII ili početka XIII stoljeća. Na*

pogreškama čitanja prepisivača egzemplara b *Rački temelji neke svoje postavke o falsifikatu drugog tipa ove isprave. Čudnovato je što se Rački nije osvrnuo na Kukuljevića koji donosi tekst prijepisa* a. *Ovdje donosimo tekst prijepisa* a, *koji je vremenski vrlo bliz prijepisu verzije I, dok kriva čitanja u egzemplaru* b *(koja se nalaze kod Račkog) donosimo u bilješkama.*

*Lucius: De regno Dalm. et Croat. lib. II, c. 15, p. 100 donosi samo početak i kraj ove isprave. Farlati: Illyr. sacr. V, 604. Cod. dipl. CSD I 142. Rački: Doc. br. 71*b.

a) *Perg. 185×255. Pismo: karolino-gotica kraja XII ili početka XIII stoljeća.*

Državni arhiv u Zadru: Spisi samostana sv. Krševana kaps. XVIII, br. 44.

b) *Prijepis XVII st.*

Državni arhiv u Zadru: Spisi samostana sv. Krševana kaps. I, m. H, br. 4.

Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo LXXII, indictione VII. Regnante Cresimiro Croatię Dalmatięque.[1] Uisum nobis est fratribus Zouine, Desimiro, Petro Gromele, Slauizo, ut pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum defunctorum, quorum nomina hęc sunt: Veliacus, Stephanus, Tomidrago, Vekemiro, Radamiro, feminarum autem defunctarum itidem hec sunt nomina: Petrona, Boldenega, dare cenobio sancti Grisogoni martiris possessionem iusta (!) mare, infra et supra cuius pertingit terminus a parte aquilonali usque ad aquam, quę oritur non longe a siluula, quę uocatur Lucus, et inde extenditur iusta alteram aquam, quę subteraneo meatu uidetur habere originem a fonte, qui uocacatur (!) Scliuinich, qui fons in eadem possessione nostra est; indeque ducitur funiculus non longe a sepulchris, ipsaque sepulchra in eodem nostro habentur territorio; et inde porrigitur usque ad ecclesiam sancti Grisogoni, que aderet (!) ecclesię sancti Petri, hinc et inde usque ad mare percurrens et quicquid nostri iuris reperiri potest in loco, qui uocatur Brauizo in abbatis Petri presentia iure perpetuo possidendum. Si quis autem nostrum post obitum hoc donum pietatis auferre temptauerit paruipendens summi numinis iram, cum suppremus (!) iudex mundum iudicaturs aduenerit, non cum electis ad dexteram positus uocem remuneracionis, sed cum reprobis condempnationis audire mereatur. Actum ciuitate Nona in presentia prefati regis: Druzinic ded testis, Pribidrugo postelnic testis, Drugana scutarius regis testis, Adamizo iupanus testis, Desinna iupanus testis, Prodanus iupanus testis. Item alii testes Latini ex ciuitate Iadera: Drago prior testis, Andreas prior testis, Maius iudex testis, Prestantio Doda testis, Petrus commerciarius testis, Candidus testis, Nikiforus testis.

Ego Adam a prędictis donatoribus rogatus manu mea scripsi.

[1] Egzemplar *b* »*regnante glorioso Croatię Dalmatięque rege Chresimiro*«. – [2] Egzemplar *b* »*Tomidrag, Vachemir, Radomir*«. – [4] Egzemplar *b* »*Botenega*«. – [5] Egzemplar *b* »*Dere*« (Rački čita »*Bere*«). – [6] Egzemplar *b* »*supra culinam, pertingit terminus*«. – Egzemplar *b* »*a parte aquilonis*«. – [8] Egzemplar *b* »*Schiuinil*«.

94.

Oko 1072.

Družnik (Druzinico) »djed« uz pristanak kralja Krešimira poklanja samostanu sv. Krševana posjed Slivnicu u Brdima (»quandam curtem in Berdam manentem ad locum, qui dicitur Sliunicus«).

*Ova se darovnica (»*autenticum scriptum*«) nalazi u ispravi Dedomira, prista va bana Dionizija, od 9. II 1183. (CD II, br. 181).*

»Druzinik ded« *spominje se kao svjedok u ispravi iz 1072. (br. 93 II).*

95.

1070–1072. (?)

Popis zemalja koje je opatica Cika kupila za samostan sv. Marije u Zadru.

Kartular sv. Marije u Zadru, fol. 9v. Pismo: beneventana.

Arhiv samostana sv. Marije u Zadru.

Cod. dipl. CSD I. 146. Rački: Doc. br. 77. V. Novak: Zadarski kartular. str. 247 (br. 7).

Rački datira dokument 1070.–1073. »prema banovanju Zvonimirovu«. Mi smo ovaj dokument datirali prema ispravi br. 97, u kojoj se još jednom spominje biskup Dabrana. O tom biskupu Dabra(n)i nam inače nije ništa poznato. ali nije isključeno, da je on zaista bio zadarskim biskupom između dva Stjepana, od kojih se jedan zadnji put javlja god. 1069., a drugi prvi put god. 1072. V. Novak (o.c., str. 160) smatra, da biskup Dabraia odn. Dabrana nije postojao i datira ispravu prema Račkom.

Abbatissa C.[1] monasterii sancte Marię cum suis sororibus comparauit terram in Petrizani sub Crescimiro rege et Suimiro (!) bano a filiis Dobromiri: Rudinna, Adamizo, Saracenus per XXXVII solidos. In eodem loco a Grigo[2] Seuotik[3] pro uno solido de[4] capris et uno boue comparauit terram et aliam a Teona,[5] Trilie filio, pro duobus solidis. In eodem loco ab Adam Debel per V solidos et aliam in eodem loco a presbitero Breberizo per III solidos et pro rogatione eiusdem terre Neupreto dedimus III solidos de grano. His testibus: ępiscopus[6] Dabraia, Sega, Dabrostriaza, Trunzani filius iudicator, Margastront, presbiter Seraia, Dabrize Trudalaca, Doda, diaconus Madius, presbiter Barba, Santaze Dragosik, Spizar, Stoiana det. Crasona douornik, Zaron Driskeuik et frater eius Adamz.[7]

[1] T. j. Cika – [2] Rački smatra. da bi moralo biti »*Gregorio*«. – [3] Rački ispravlja u »*Seuotiche*«. – [4] Rački smatra, da mora biti »*decem*«, ali to vjerojatno ne stoji, jer se dalje javlja »*III solidos de grano*«. – [5] Rački ispravlja u »*Techna*«. – [6] Rački smatra

da je ovdje stajala prvotno kratica: *his tps*, što se bi imalo razriješiti sa: »*his testibus presentibus*«. Međutim je kratica potpuno jasna za: »*his testibus episcopus*«, a osim toga od Račkoga predložena formula glasi redovito »*his testibus*« (bez *presentibus*«). – [7] Rački se ne obazire na interpunkciju u kartularu, a neka imena drukčije čita. Popis svjedoka glasi kod njega ovako: »*His testibus presentibus: Dabrala, Sega, Dabrostraza Trunzani filius, iudicator Margastrona, presbiter Seralia, Dabrize, Trudalata, Doda, diaconus Madius, presbiter Barba, Santase, Dragouito, Spitar, Stoiana ded, Crasona duornik, Zaron gradskich et frater eius Adamiz.*«

96.

1072. (?) U Zadru.

Petar, župan Sidrage, i njegov brat Slavic poklanjanju samostanu sv. Krševana u Zadru zemljište u Obrovcu.

Perg. 150×120. Pismo: karolina.

Na poleđini regest goticom XIV st.: De terra, que dicitur Brauizo. Kasnijom goticom samo »Brazo«.

Drž. arh. u Zadru: Spisi samostana sv. Krševana kaps. XVIII, br. 43.

U istom se arhivu nalazi pod signaturom: Spisi sv. Krševana kaps. I m. H, nr. 4, fol. 4v. prijepis XVIII stoljeća s varijantama koje donosimo u bilješkama.

Farlati: Illyr. sacr. V, 604. Cod. dipl. CSD I, 143. Rački: Doc. 70.

U jednom i drugom sačuvanom tekstu nalazi se sedma indikcija, koja odgovara 1069. godini, a ne 1072. Budući da je u starijem tekstu broj indikcije i broj godine pisan rimskim brojkama postojala je mogućnost da se kod prepisivanja potkrade pogreška u jednom kao i u drugom slučaju. Zato navedena godina nije posve sigurna. U ispravi nema nijedan drugi element koji bi nam pomogao da tačno ustanovimo datum.

O toponimu Obrovac vidi V. Novak: Zadarski kartular str. 225.

+ Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo LXXII indictione VII.[1] Ego Petrus, iupanus de Sidraga, cum Slauizo fratre[2] pro remedium[3] animarum nostrarum et parentum defuntorum[4] trado in cenobium sancti Grisogoni omne territorium, quod pater meus Semiuit[5] possedit in loco, quod appellatur Brauizo. Si quis autem hoc irritare temptauerit, quod cauet,[6] repperiat; quod uitat, inueniat. Actum in ciuitate Iadera presente Petro abbate,[7] Martino comerciario[8] teste, Sergio teste, Maio filius Cerneca teste, Neuprat teste.

Ego Adam rogatus a predictis fratribus manu mea scripsi.

[1] U prijepisu *b*: »*Anno dominice incarnationis 1072. per indictionem septimam*«. – [2] U prijepisu *b*: »*cum fratre meo Flauizo*«. – [3] U prijepisu *b* »*pro remedio*«. – [4] U prijepisu *b*: »*parentum nostrorum vivorum et defunctorum*«. Osim toga u egzemplaru *a* pisar je najprije bio napisao »*defunc*«. a onda je to prekrižio i napisao »*defuntorum*«. – [5] U egzemplaru *a* ime »*Semivit*« je napisano nad crtom, dok ga u prijepisu *b* uopće nema. – [6] U prijepisu *b* »*caute*«. – [7] U prijepisu *b* iza »*abbate*« dolazi »*et his coram testibus*«. – [8] U egzemplaru *a* najprije je stajalo »*Martinus comerciarius*«, *a* onda ispravljeno u »*Martino comerciario*«.

97.

1072. (?)

Petar, sin Semivitov, poklanja samostanu sv. Marije u Zadru crkvu sv. Petra i Pavla u Obrovcu.

Kartular sv. Marije u Zadru, fol. 25r. Pismo: beneventana.

Arhiv samostana sv. Marije u Zadru.

Farlati: Illyr. sacr. V, 606. Cod. dipl. CSD I, 130. Rački: Doc. br. 72. V. Novak: Zadarski kartular, str. 245 (br. 4).

Ova se darovnica spominje u ispravi istog kartulara iz god. 1107. (CD II, 114).

Rački datira ovu ispravu »Circa a. 1072-2« prema prioru Dragu i sucu Madiju; Kukuljević pak sa 1068. godinom vjerojatno prema rukopisu »Descrizione del nob. monasterio delle benedittine« (koji se nalazi u arhivu istog samostana).[1] Medutim, u ispravi se spominju zemlje sv. Krševana i vrlo je vjerojatno, da su to baš one koje je Petar poklonio tom samostanu (br. 96). Prema tome bi slijedilo da je ova darovnica sv. Mariji izdana nešto kasnije. (V. o tome V. Novak, o.c., str. 152).

O toponimu Obrovac v. V. Novak, o.c. str. 225.

De alodio Iohannis Sclaui in Agorriça.[9] Iohannes Sclauus et idem monachus concessit eidem monasterio totum suum alodium, quod est in Agoriçca uolente ac collaudante suo fratre Nosdra in horum presentia testium: regis uidelicet Suuynimiri suorumque nobilium iuppanorum

Stressinne Berberistich[10] et Iacobi teuçonis et Iurre, Nonensis iuppani, Madii, abbatis sancti Grisogoni, cum quibusdam suis monachis.

De terra, quam dedit Budiço presbiter.[11] Bvdiço presbiter concessit eidem monasterio pro eterna uita terram in Dollani, pro qua P. abbas cum suis fratribus dedit ei optimum equum testibus his: Chrukenna[12] postiuppo et Uitale et Ursainna.[13]

De alodio Petri presbiteri et monachi. Presbiter Petrus, effectus ibidem monachus, concessit eidem monasterio totum suum alodium ibidem in Dollani testibus his utriusque doni:[14] Chruchenna postiuppo, Uitale, Urseinna, et hoc sub Petri abbatis tempore.

De territorio in Seruiça.[15] Terra uero, que est in Seruiça incipiens a lacu orientis protensa uero ad usque puteum occidentis in longitudine et a colle aquilonis tensa usque ad alium collem meridiei ex latitudine partim data est eidem monasterio a rege Chresymiro, ut predictum est; partem uero tribuit Petrus Chaida, factus ibidem monachus, aliam quoque Veilcaça[16] et Dragorado ibidem dedit aliam partem silicet quicquid suum fuit. Et hoc fecit pro suo filio, quem P. abbas excomparauit de Cossiça teuçone. Et pro illius parte dedit P. abbas illi Dragorado uaccam unam et iuuencum arrare potentem et quinque lanatas.

De terra in Chamennani, que fuit Prebinne Gussichii, filii Pruuanego.[17] Terram autem in Chamennani, que incipit ab orientis puteo ad usque alium puteum occidentis, de latitudine uero ad usque latus boreale, quicquid est ibi arabile, effectus ibidem unus ex fratribus, donauit eidem monasterio Prebinna[18] Gussichius. Et hanc terram concessit ei rex Chressimir pro benedictione post tonsionem capillorum. Testibus his: Iurainna[19] iuppano, Vuerdata, filio Aprilcçi,[20] Iohanne, schytanossa regis Suuinimiri, Thaisa, filio Iurra, et fere omnibus uillanis de his tribus uicis: silicet Treiçiçi,[21] Vchichi[22] et Chamennani, et Michael castellano[23] et Drago et Prestancio et Gregorio.

De territorio Meirane.[24] Petrus abbas cum suis fratribus conparauit eidem monasterio mediam partem tocius territorii Meirane precio XXX solidorum Romanorum a Chreniçio, cuiusdam Iohannis filio, et ab eius consobrino nomine Iohanne; testibus his: Dragorado, Chrucainna[25] postiuppo, Drasauith, Negauan, Veitrich,[26] Strearado[27] et Drusba,[28] filio eius, et Gorbina presbitero, et Radanech presbitero de Sichoua, et quodam presbitero de Iagadena, et Dabrainna,[29] et Dragabut eiusque filio Sluuinna[30] de Cerani.

Determinatio huius territorii. Hec autem terra determinatur sic: ab amigdalo, que est ab aquilone, incipiens recta mensura tenditur per transuersum usque ad collem, qui est ab austro; item ab eadem amigdalo iuxta lapides prolatatur in longitudine usque ad siluam, que sibi est contigua ab oriente.

Quomodo P. abbas certauit contra Berberistich pro hac terra. Hanc terram uero conatus est auferre P. abbati Stresinna Berberistich suique parentes. Quare idem P. abbas, quasi comotus, cum quibusdam ex fratribus Nonam adiit et in presencia regis Suuinimir contra eos uiriliter decertauit ac iuuante Christi gratia honeste superauit dato iudicio a te-

piçone Dominico eodem Berberistich uolente et collaudante rege Suuinimir suisque nobilibus. Testibus his: eodem silicet rege Suuinimir, eodem etiam Stresinna Berberistich et Iurra, Nonensi iuppano, et Iacobo tepiçone et fratribus eius et Lubomir iuppano.

De curte filiorum Dobroçai[31] in Crastani. Filii Dobraçai uendiderunt eidem monasterio curtem optimam in Crastani pro VII solidis; testibus Thesinna suoque fratre Braticha, Sidinna. Et hoc sub tempore abbatis P.

De terra Luthstrach, fratris Chroatini. Eidem monasterio uendidit Luthstrach, frater Chroatini, suum optimum alodium in Chrastani pro XIIII solidis. Testibus his: Slaiça duornich, Chalenna et suo fratre Prebinna et Iurainna et Desinna. Et hoc sub tempore abbatis P.

De alodiis in Garriça. Eidem monasterio uendiderunt alodia sua in Garriça pro XXXV solidis isti uillani, uidelicet: Thessimir et Dabraça cum omnibus suis pertinentiis in aquis, in siluis, in pratis. Testibus his: Slaiça duornich, et Chaleinna, et Prebinna[32] suo fratre, et Thessinna suoque fratre ac suis filiis duobus Sçidinna et Desinna, et Lubidrago et fere omnibus de eodem uico uillanis. Et hoc sub tempore abbatis P.

De alodiis in Iassene uico. Eidem monasterio alodia sua uendiderunt hi uillani scilicet: Thesinna et Dilgaçai. Vbi ? In Assene uico. Quo precio? Pro tribus romanatis. Quibus adentibus? Istis: Sçidinna et Iurainna una cum Budina suo fratre, utrisque filiis Petri. Et hoc sub tempore abbatis P.

De agro Andree in Chrastani in loco, qui dicitur Uellchiça.[33] Eidem monasterio uendidit suum agrum in Ueilchiça. Quis? Andreas, filius Trebauiço. Quo precio? Pro tribus romanatis. Quorum testimonio? Istorum: Tessinna cum suis filiis et Dragaçai. Et hoc sub tempore abbatis P.

De terra Stanimir uendita in Dubrouiçay. Eidem monasterio uendidit Stanimir terram in Dubrouiça pro VIIII romanatis testibus his: Slauiça duornich et Chaleinna et Deugaça[34] et filiis Petri, Iurainna et Budinna. Et hoc sub tempore abbatis P.

De terra Çouinna, filii Negomir. Eidem monasterio uendidit terram suam in Seuischane[35] Çouinna, filius Negomir, tragos quinque pro ea in precio accipiens. Testibus his: Thesinna suisque filiis. Et hoc sub tempore abbatis P.

De territorio uendito a Iurainna iuppano in Sidraga.[36] Eidem monasterio uendidit Iurainna, iuppanus de Sidraga, suum territorium, quod est in Sidraga, a puteo usque ad palacium pro eo accipiens optimum equum, Testibus his: Michael, Gregorio, Drago, Prestancio, Druse, Petriça. Et hoc sub tempore abbatis P.

De terra, quam in eodem loco uendidit Dedacha uillanus.[37] Eidem monasterio uendidit suam terram Dedacha uillanus pro III romanatis. Testibus Chruchenna postiur̃o et Uitadrago et aliis pluribus. Et hoc sub tempore abbatis P.

De uinea, quam dedit Nassemir Gussichius. Eidem monasterio donauit Nassemir Gussichius, factus ibidem monachus, bonam uineam in Nabriiskic.[38] Testibus priore Dragoslao, et Michael, et Gregorio, et Prestancio, et Drago de Castriça. Et hoc sub tempore abbatis P.

De terra, quam dedit Nassemir in Nasseri. Eidem monasterio dedit idem Nassemir Gussichius uineam in Nalosai Nasseri similiter pro requie animarum, immo quicquid terrarum ibidem sitarum sue parti pertinebat. Testificantibus presbitero de Assericha[39] Rauiçai,[40] Dragaçai et Dessinna suo fratre, et Symone cum suo fratre. Nec non et uineam idem ibidem concessit in territorio Vlosy Nasseri et quicquid terrarum illic sitarum sue parti pertinuit. Et hoc sub tempore abbatis P.

De uinea in territorio Na Sumoch.[41] Andreas Gussichius, Prebinego filius, uendidit eidem monasterio pro duobus bonis equis bonam uineam in territorio Sumochui Nasseri cum idoneis testibus, uidelicet: presbitero Nasseri Dabraçai, Charabiçi, Desinna et fratre suo, Symone suoque fratre.

De terra, que est in Iagothne.[42] Abbas Petrus emit terram in Hiagothne[43] de Bratichi Besrodie pro XII romanatis dans pro ea etiam bonum equum[44] Lubomir, iuppano de Sidraga, et quicquid inibi est terrarum, aquarum, petrarum, siluarum et omnium illic pertinentium. Testibus his idoneis.

De territorio in insula sancti Iohannis euangeliste. In ualle Pagnana Candulus presbiter dedit terram eidem monasterio effectus ibidem monachus.

De terra in eadem ualle Pagnana. Abbas P. emit terram in eodem loco supra ecclesiam sancti Alexandri a quodam Absaritano pro IIII solidis romanatis.

De alia terra in eadem ualle. Est et ibidem alia, quam emit abbas P. de Plachabudi pro III solidis romanatis.

De alia terra in eadem ualle. Est et ibidem alia, pro qua idem P. abbas mutuauit bis tantum terre ad locum Muraçol cum monachabus sancti Thome apostoli.

De alia terra in eadem ualle. Est et ibidem alia, quam Iohannes Absarensis dedit eidem monasterio pro animabus, tam sua, quam et parentum suorum.

De terra ex alio latere callis. Est et ibidem alia ex latere callis, in qua est largum uinetum, partem cuius donauerunt eidem monasterio archidiaconus Belgradensis, Dominicus uero Dernicius[45] duas partes, at episcopus Theodosius maiorem partem. Et hoc sub tempore abbatis P.

De alia in eodem loco. Est et ibidem alia, quam idem P. abbas accepit pro mutuo ab hereditariis sancti Clementis dans eis terras Thome presbiteri in territorio, quod Roretum dicitur.

De alia in eodem loco. Est et ibidem alia, quam Rosa, sochrus Streiçii,[46] donauit eidem monasterio, tamen partim dando, partim eam pro alia mutuando.[47]

De alia terra ibidem. Est et ibidem alia, quam P. abbas accepit pro mutuo dans pro ea ter tantum terre hereditario ecclesie sancti Georgii in loco, qui Frugi dicitur.

De alia ibidem. Est et alia ibidem, pro qua P. abbas dedit Dominico brauario aliam teram in Roreto.

De alia ibidem. Est et ibidem alia, quam emit abbas P. a quodam Ueglensi pro IIII romanatis.

De alodio Barbare uidue. Idem abbas P. comparauit a rege Chresimiro alodium cuiusdam Barbare uidue pro quadraginta romanatis; parentibus uero eiusdem Barbare dedit XV similiter romanatos, uidelicet III casas cum tota curte, que infra est, et duas terre pecias in ualle Pagnana.

De terra in ualle Sustina. Idem abbas P. comparauit terram in ualle Sustina de Valentino, filio Petri episcopi, pro XV romanatis et ex altero latere callis emit idem Petrus abbas unam terre petiam pro eodem precio XV romanatorum ab Andrea.

Est et ibidem alia, quam idem Petrus abbas comparauit de Iuuaça, consobrino cuiusdam Ualentini, pro VII romanatis.

De alia ibidem. Alia est et ibidem,[48] pro qua P. abbas dedit Uiraçai uineam Petri presbiteri, filii Rose, in Çulio.

De alia ibidem. Est et ibidem alia uinea, quam dedit eidem monasterio Plato, filius archipresbiteri Cernec, pro animabus tam sua quam et suorum parentum. Et hoc sub tempore abbatis P.

De alia in eodem loco. Est et alia uinea ibidem, quam donauit eidem monasterio quidam nomine Breida pro animabus tam sua quam et suorum parentum. Et hoc sub tempore abbatis P.

De terra Platonis et Iohannis, sui auunculi, sub monte sanctorum Cosme et Damiani.[49] Idem predictus Plato una cum Trunianno,[50] suo auunculo, et quodam Uitaça, suo consanguineo, condonarunt eidem monasterio eam terram, que est ab austro sub monte sanctorum Cosme et Damiani, pro animabus tam sua quam et suorum parentum. Et hoc sub tempore P. abbatis.

De terra Rose, socrus Streiçii. Rosa quedam, socrus Streiçii, uendidit eidem monasterio terram inibi pro XV romanatis. Et hoc sub tempore abbatis P.

[1] Unesci iz doba opata Petra na navedenim stranama se ne redaju neprekidno, već se od p. 6–12 isprepliću sa unescima iz doba Lupa i Madija. – [2] Rački ovdje i na drugim mjestima ispravlja riječ »*teuço*« u »*tepiço*«. – [3] Ovdje kao i na ostalim mjestima očito inicijal za »*Petri*«. – [4] Rački ispravlja u »*Sla(u)iça*«. Tako i na ostalim mjestima. – [5] Rački smatra da to ime treba glasiti »*Dragazai*«. – [6] Sa strane nešto kasnijim rukopisom: »*Tenet Miroslauus*«. – [7] Rački ispravlja u »*socolaristich*«. – [8] Rački dodaje iza »*suscepit*« »*(et)*«. – [9] Rački ispravlja: »*in Goriça*«. Međutim ovaj se je toponim vjerojatno vrlo često upotrebljavao zajedno sa hrvatskim prijedlogom »*na*«, i tako skupa s njim u latinskom tekstu postao složeni toponim od prijedloga i imenice. Prema tome je ovaj tekst morao glasiti: »*in Na Goriçca*«. – [10] Rački čita »*berberistichi*«. Tako i na ostalim mjestima. – [11] Sa strane ovog i slijedećeg uneska nešto kasnijim rukopisom: »*In eodem loco*«. – [12] Rački ispravlja u »*Chrukonna*«. Tako i u slijedećem unesku. – [13] Rački ispravlja u »*Ursanna*«. Tako i u slijedećem unesku. – [14] Misli se na ovaj i predašnji unesak. – [15] Sa strane nešto kasnijim rukopisom: »*Hanc tenet Miroslauus*«. – [16] Rački ispravlja u »*Velcaça*«. – [17] Sa strane nešto kasnijim rukopisom: »*Hanc tenent Cobileglauichi et Passauan*«. – [18] Rački ispravlja u »*Pribinna*«. Tako i na ostalim mjestima – [19] Rački ispravlja u »*Iuranna*«. Tako i na ostalim mjestima. – [20] Rački čita »*Aprilezi*« i ispravlja u »*Apricii*«. – [21] Rački ispravlja u »*Triziçi*«. – [22] Rački ispravlja u »*Vilchichi*«. – [23] Rački krivo čita »*capellano*«. – [24] Rački ispravlja u »*Mirane*«. Isp. br. 115. – [25] Rački ispravlja u »*Crucana*«. – [26] Rački ispravlja u »*Vitech*«. Tako i na ostalim mjestima. – [27] Rački ispravlja u »*Strerado*«. – [28] Rački ispravlja u »*Drusca*«. – [29] Rački ispravlja u »*Dabrana*«. – [30]

Rački ispravlja u »*Slauinna*«. – [31] Rački čita »*Dobraçao*«. – [32] Iza »*Prebinna*« Rački nepotrebno umeće »*cum*«. – [33] Rački čita »*Uilchiça*«. – [34] Rački ispravlja u »*Delgaça*«. – [35] Rački ispravlja u »*Suuicham*«. – [36] Sa strane nešto kasnijim rukopisom: »*In eodem loco*«, što se odnosi i na slijedeći unesak. – [37] Sa strane nešto kasnijim rukopisom: »*Hanc tenent templarii*«. – [38] Rački ispravlja u »*in na Brijschiae*«. – [39] Rački popunjava »*(N)asssericha*«. – [40] Rački ispravlja u »*Radiçai*«. – [41] Rački ispravlja u »*Sumoch(ui)*«. Na rubu stoji »Catulus«. – [42] Sa strane nešto kasnijim rukopisom: »*Hanc tenet Drago et Drasco Pribiçi*«. – [43] Rački čita: »*Iagothne*«. – [44] Rački ovdje izostavlja »*Lubomir, iuppano de Sidraga*«, što stavlja iza »*testibus his idoneis*« na kraju uneska, što po svoj prilici nije tačno. – [45] Rački smatra da treba ispraviti u »*duornichius*« (tj. dvornik). – [46] Rački ispravlja u »*Strezii*«. Tako i na ostalim mjestima. – [47] Iza ovog uneska dolaze tri uneska iz doba opata Andrije (v. br. 65). – [48] T. j. »*in Kutuno*«. Ovaj naime unesak dolazi u Polichorionu iza dvanaestog uneska iz doba opata Madija (v. br. 122), u kojem se spominje taj lokalitet. – [49] Sa strane jedna nejasna bilješka pisana glagoljicom XVII stoljeća. – [50] Ovo složeno ime potvrđuje pretpostavku Brunellija (Storia di Zara, 303–304) da »*trun*«« nije ništa drugo nego daljnji razvojni stepen riječi »*patronus*«. odnosno »*patron*«.

117.

1075/76.

Petar, opat samostana sv. Krševana u Zadru, ustupa na doživotno uživanje vinograd u Lukoranu Maju, sinu Barbe, iako je bio dosuđen crkvi sv. Lovre.

Perg. 140×191. Pismo: beneventana.

Drž. arhiv u Zagrebu: Doc. ant. 9.

Cod. dipl. CSD I, 131. Rački: Doc. br. 85.

Isprava je datirana prema vremenu priorata Kandida i sudovanja Maja (v. br. 108).

+ In nomine dei ęterni. Future recordationis litteris notificare satagimus, ut posteris pateant, ut, si quis a ueritate exorbitare uoluerit, ipsas litteras eundem arguat. Ego denique P..[1] sancti Ghrisogoni abbas, breuis litteris facio de quodam terras in campo Laucarani ab ęcclesia sancti Laurencii quasi passos sexaginta in parte occidentali, quem Dabro, filio Nichifori, pro remedio[2] animę suę in domo sancti Laurentii offerens, post eius uero obitus Maius. filio Barbe. abstraere non metuit. sed abstracta aliquantulum uineas ibidem sibi composuit. Pro qua re ego quadam dies in episcopatum Iadertine sedis conueni presente domino Stephano. eiusdem cathedra residente, et Candido prior et Maius iudex et aliis plures nobilibus, quos longum est enarare, ibique plurima sunt memorata et quod iniuste a domo dei fuerat absctractum (!) iuste reddere est iudicatum, ut terras et uineas sit in perpetuum in ęcclesia sancti Laurentii et nobis nostrique (!) successoribus possidendum. Hoc actum est coram supermemorati testes. Sed tandem diuina clementia inspirante atque misericordia commotus placuit mihi meisque confratribus, ut ipsas uineas ad (!) ipso Maio in uita sua sine aliquo censo retinere concedimus, post abscessum uero eius, si quis ex suo genere eas retinere uoluerit, reddat quarta in domo[3] sancti Laurencii. Et hoc actum est presente

is[4] testibus: Inprimis Fusco Branza, Dominico Tichinę, Dabro filio Nichifori, Andreas, filio diaconi Martini, et Dabrana, filio Petri Lipe.

[1] Tj. Petrus (v. br. 116). – [2] Nad slovom *o* napisano naknadno *um* – [3] Tekst koji se odavle nastavlja na poleđini pergamene vrlo je izblijedio i premazan taninom, pa je čitanje danas nečitljivog dijela preuzeto od Račkoga. – [4] Tj. »*his*«.

118.

Oko 1076. U Biogradu.

Lampridije, rodak opata Petra, ostavlja nakon svoje smrti samostanu sv. Ivana Rogovskog treći dio svog posjeda.

Prijepis u Polichorionu samostana sv. Ivana Rogovskog, p. 15. Pismo gotica. Drž. arhiv u Zadru.

Cod. dipl. CSD I, 156. Rački Doc. br. 92. Ljubić: Libellus Polichorion, Starine XXIII, str. 171.

Ovaj se dokument može tek približno datirati i to prema sucu Grguru koji se javlja god. 1076. u datiranom dokumentu br. 113.

De tercia parte hereditatis Lampredii, cognati Petri abbatis. Recordatio, quam Petrus abbas fecit scribi, qualiter Lampredius, eiusdem Petri abbatis cognatus, pro sua suorumque parentum animabus cessit eidem monasterio terciam partem totius sue possesionis et hoc post mortem eius, qualicumque modo terra mariue obiret, seu quocumque tempore, sic ut eo defuncto predicta pars tercia totius sue facultatis rediret in potestatem abbatis et suorum monachorum, et hoc absque ulla contrarietate seu fratrum siue parentum aut consobrinorum uel cognatorum uel auorum uel prouauorum uel uxoris uel nurus uel socri[1] uel socrus uel nouerce seu matertere siue quorumlibet ex suo genere. Et hoc actum est in presencia domni Prestancii episcopi et Dominici Iusti prioris et Gregorii iudicatoris et Petri de Nobilibus et Petricii, filii Madii, et aliorum plurimorum uirorum.

[1] Rački »*uel sacri*« ispušta.

119.

Oko 1076.

Ivan Slaven (»Iohannes Sclauus«) poklanja pred kraljem Zvonimirom svoj posjed u Gorici (»alodium, quod est in Agoriça«) samostanu sv. Ivana Rogovskog.

Ovaj se podatak nalazi u Polichorionu samostana sv. Ivana Rogovskog, p. 5. (br. 116, v. bilj. 9.).

Ovo se je zbilo za vrijeme opata Petra, dakle oko 1076.

120.

Oko 1076.

Tepčija Dominik Bribirski (»tepiço Dominicus Berberistich«) u sporu opata samostana sv. Ivana Rogovskog Petra sa Stresinjom Bribirskim (»Stresinna Berberistich«) zbog zemlje Mirane (»Meirane«) presuđuje u korist opata, a kralj Zvonimir presudu potvrđuje.

Ovaj se podatak nalazi u Polichorionu samostana sv. Ivana Rogovskog, p. 7 (br. 116).

Opat Petar se u jednoj sigurno datiranoj ispravi javlja 1076. godine (br. 113). Rački ovo datira bez obrazloženja »c. a. 1078.–1080.«

121.

Oko 1076.

Kralj Zvonimir potvrđuje samostanu sv. Ivana Rogovskog posjed zemalja u Rogovi, Vrbici i u Kamenjanima (»terram in Rogoua et Virbiczam cum aqua molendinaria et in Chameniane«).

Ova se potvrda spominje u ispravama kralja Stjepana od g. 1166. (CD II, 106, br. 100) i kralja Bele III od 6. V 1188. (Cd II 225, br. 210).

122.

Poslije 1076. U Biogradu.

Popis zemalja, koje je samostan sv. Ivana Rogovskog pribavio za vrijeme opata Lupa i Madija.

Prijepis u Polichorionu samostana sv. Ivana Rogovskog, p. 4–13.[1] *Pismo: gotica.*

Drž. arhiv u Zadru.

Cod. dipl. CSD I 159–168. Rački Doc. br. 133 (43–58). Ljubić: Libellus polichorion, Starine XXIII.

Vrijeme opatovanja Lupa i Madija poznato nam je tek iz dva kronološka podatka, i to, da je Madije nasljednik Lupa i suvremenik strica kralja Zvonimira Streze. Prema tome potječe ovaj popis zemalja svakako poslije 1076., jer se još te godine javlja opat Petar. Rački datira opata Lupa »oko 1080–1085«, *a uneske opata Madija* »oko 1085–1090«. *Njegovo datiranje prihvaća i Jelić (Povjesno-topografske crtice o biogradskom primorju, Vjesnik hrvatskog arheološkog društva NS III, 1898. str. 65), međutim ni on ne donosi potrebnih argumenata.*

[2] Est et ibidem alia terra empta sub tempore Lupi abbatis a capellano ecclesie sanctorum Cosme et Damiani pro una uacca in Iagodana et ab uillanis inibi cohabitantibus.

De terra in Narach,[3] quam uendidit socer Dubroa Nichifori. Est terra in Narach, quam emit abbas Lupus octo solidis a sochro Nichifori Iadere, et est sex locis diuisa. Testibus his: Slaiça[4] duornich et Chalainna,[5] Nichiforo Grasso, Thessina et filius eius et Deilgaça.[6]

— — —

De curte Thasa in Crastani. Thaisa[7] Gussychius, Gurgi filius, pro uite superne gloria concessit eidem monasterio curtem in Crastani, quam habuit ab Iodrochina.[8] Testibus his: Prebinna, filio Beroe, Iurainna[9] et Budinna, fratre eius, filiis Petri, sub tempore abbatis M.

De curte Petri in Lessani. Petrus, Semiuiti filius, curtem in Lessani cum tota illius pertinentia per (!) eterna gloria concessit eidem monasterio, pro qua et optimum equum a parte fratrum habuit. Testibus his: Iurainna, Iacono[10] et Musan, Lisiçai, Milodrago; sub M. abbatis tempore.

De alia terra in eodem loco.[11] Est et alia ibidem, quam emit M. abbas, Lupi a(bbatis) successor, octo solidis de Chalainna et Iunassa quinque locis dispertita. Testibus his.[12]

De alia terra in eodem loco. Est et alia ibidem, quam emit ille idem abbas M. a Desinna pro X romanatos filio Bolemiri et a nepote Radaniça cum petris,[13] aquis, siluis et omnibus suis appendiciis. Testibus his: Seimolli[14] duornich et Chalenna et Petro de uico Treiçiçi[15] et Deilgaça et Çudinna. Hec autem sunt nomina auorum illius, qui hoc territorium uendidit: Cyprianus, auus eius, auia Helena, pater eius Clonimir. Ipse autem uenditor nominatus est Ubladicha[16] de Chelmennani. Cuius uenditionis sunt hii testes idonei: Lampredius, Michail, Petrus Longus, Nychiforus, Prestancius.

De terra Pissachani in eodem loco.[17] Est et ibidem alia, quam emit ille idem abbas M. XXXV solidis de Pissachani et quicquid pertinebat illi terre in aquis, petris,[18] siluis. Testibus his: Stresinna Berberistich et quinque suis militibus, et Streisata,[19] Suuinimiri regis auunculo.

De terra in Nabrese. Madius abbas cum suis fratribus in Nabrese comparauit terram pro XV solidis romanatis de Suinidrago Trebegnignanin. Testibus: Chruchenna postiuppo et fere omnibus uillanis, qui sunt in Iaggognani,[20] et aliis, qui sunt in Lesani, et Uitale, genero postiuppi, et Pecchai.

De terra ad muros, quam uendidit Pribinego.[21] Eidem monasterio uendidit suam terram, que est ad muros, Pribinego et sui parentes pro VII solidis. Testibus his: Chruchenna postiuppo et Uitale, suo genero, et Charabiça. Et hoc sub tempore abbatis M.

De territorio Thasa in Elçani.[22] Eidem monasterio uendidit totum suum territorium in Elçani Thasa, filius Iurra, pro XV romanatis, et hoc sub tempore abbatis M. Testibus his: Radoslao, Musan, Lisiçai et Stephano, fratre Radoslai, et Milodrago et Iurainna. Iacono[23] et Vuerdata, Apriçonis filio.

De territorio, quod uendidit Çouinna et sui fratres.[24] Eidem monasterio in eodem territorio uendidit suam terram Çouinna et fratres eius Iuuaça et alii duo pro XV romanatis. Testibus his: Radoslao et suo fratre Stephano et Uechedrach,[25] filio Chroatini, et Bosithecha de Coquicino uico, et fere omnibus uillanis de Gaunichi uico, et Andrea commercario et Dabriçe Napisdimecho. Et hoc sub tempore abbatis M.

De terra, quam donauit Uerdata, filius Apriçonis. Uerdata, Apriçonis filius, donauit terram in Na Briiskic[26] eidem monasterio pro sua et parentum animabus; tamen tam pro ea quam et caritatis indicio accepit a fratribus unum equum ualentem VIII romanatos. Testibus: Lisiçai, Radoslao, Iurainna, Iacono. Et hoc sub tempore abbatis M.

De terra in Sydraga, quam emit abbas M. de Iacobo, filio Priuanego.[27] Est et terra in Sidraga, pro cuius parte media donauit abbas M. optimum equum et unum solidum romanatum Iacobo, filio Priuanego. Alteram uero partem dedit Thechenna, filios (!) Vuerdenna, pro sua et animabus parentum. His testibus idoneis: Petro, filio Madii, et Prestancio, et Michael, et Prebinna et suo fatre Tholimir.

De terra in Kutuno, quam dedit Prestancius castellanus.[28] Prestancius castellanus dedit eidem monasterio terram ad sanctam Mariam in Kutuno pro anima sui filii eo sepulti. Et hoc sub tempore M. abbatis.

De terra Madii, filii Armati. Est et alia ibidem, pro qua M. abbas mutuauit alias terras cum Madio, filio Armati, in Pustimano; eas dico terras, que fuerunt regine, et illam, que fuit nurus Dragaçai.

De terra Dese archipresbiteri in ualle Sustina. Archypresbiter Desa, filius presbiteri Iohannis, uendidit eidem monasterio terram in ualle Sustina et aliam terre peciam ab occidente iuxta puteum.

[1] Unesci iz doba jednog i drugog opata na navedenim stranama ne redaju se neprekinuto, već se isprepliću sa unescima iz doba Andrije i Petra. – [2] Ovaj se unesak nastavlja na p. 6 neposredno bez posebnog naslova na unesak iz doba opata Petra pod naslovom »*De territorio in Seruiça*« (v. br. 116). Prema tome se ovaj unesak odnosi na navedeni teritorij. – [3] Rački pretpostavlja da bi to moglo biti »*na Rak*«. – Rački ispravlja u »*Sla(u)iça*«. – [5] Rački ispravlja u »*Chalinna*«. Tako i na ostalim mjestima. – [6] Rački ispravlja u »*Dilgaça*«. – [7] Rački ispravlja u »*Thesa*«. Unesak se nalazi na p. 4. – [8] Rački ispravlja u »*Iadrochina*«. – [9] Rački ispravlja u »*Iuranna*«. Tako i na ostalim mjestima. – [10] Rački ovdje i na svim ostalim mjestima ispravlja u »*(d)iacono*«, smatrajući to apozicijom imena Jurana. Međutim iza »*Iurainna*« je uvijek osim na ovom mjestu znak interpunkcije, a riječ »*Iacono*« počinje uvijek velikim slovom. V. bilj. 23. – [11] Tj. »*in Narach*«, jer dolazi neposredno iza uneska s tim naslovom (p. 6). – [12] Nema imena svjedoka. – [13] Rački bez razloga ispravlja u »*pratis*«. – [14] Rački ispravlja u »*Simolli*«. – [15] Rački ispravlja u »*Trizici*«. – [16] Rački ispravlja u »*Uuladicha*« (tj. »*vladika*«). – [17] Unesak počinje na p. 6 i prelazi na p. 7. – [18] Rački kao i prije ispravlja u »*pratis*«. – [19] Rački ispravlja u »*Stresata*«. – [20] Rački ispravlja u »*Jaggodnani*«. – [21] Unesak počinje na p. 8 i prelazi na p. 9. Sa strane kasnijom rukom: »*Hanc tenent templarii*«. – [22] Sa strane kasnijom rukom: »***Hanc tenet Miro-***

slauus« (p. 9). – [23] Sa strane uz ovo ime nalazi se bilješka: »*uel melius diaconus*«. Iz ovoga bi se dalo zaključiti da ovdje i na drugim mjestima gdje se nalazi ovo ime ne može biti govora o vlastitom imenu »*Iacono*«, već o iskrivljenoj formi riječi »*diaconus*«. Ali ova je marginalna bilješka nastala oko tri stoljeća kasnije, pa prema tome ova naknadna korektura ne mora biti ispravna. – [24] Sa strane nešto kasnijom rukom: »*Hanc tenet Miroslauus*«. Osim toga stoji bilješka: »*In eodem loco*«, koja se odnosi na ovaj i pređašnji unesak. – [25] Rački ispravlja u »*Vechedrago*«. – [26] Rački čita »*na Brijshie*«. – [27] Nalazi se na p. 10. Sa strane kasnijom rukom: »*Hanc tenet filius Cete cum templo*«. – [28] Nalazi se na p. 12.

123.

1078, 9. siječnja. U Rimu.

Papa Grgur VII piše zahumskom vladaru Mihajlu da ne može riješiti spor između dubrovačke i splitske crkve dok mu ne stignu pouzdani poslanici.[1]

Prijepis u kodeksu »Gregorii VII bullarum tomus I«, lib. V, ep. 12, fol. 141 r. Pismo: karolina.

Bibliotheca Apostolica Vaticana: Reg. Vat. 2.[2]

Lucius: De regio Croat. Et Dalm., lib. II, c. 11, p. 88. Farlati: Illyr. sacr. III, 150. Cod. dipl. CSD I, 161. Caspar: Gregorii VII registrum (Mon. Germ. Epp. tom. II), Rački: Doc. br. 158.

Papa Grgur VII vlada 1073.–1085. Prva indikcija koja dolazi u tom vremenskom razdoblju traje od 1. IX 1077. – 31. VIII 1078.

Nad tekstom stoji naslov: »Sclavorum regi«.

Gregorius episcopus, seruus seruorum dei, Michaheli, Sclauorum regi, salutem et apostolicam benedictionem. Cognoscat debita tuę deuotionis circa sedem apostolicam reuerentia Petrum apud uos dictum nostrum legatum adhuc nostram non aduenisse presentiam, suas tamen misisse litteras, quę ita uestris dissonantes existunt, quod uestram causam seu Ragusanę ecclesie penitus finire nequimus. Quapropter Petrum, Antibarensem episcopum, atque Ragusanum siue alios idoneos nuntios ad nos mittere oportet, per quos de lite, quę est inter Spaletanum archiepiscopum ac Raguensem iustitia possit inquiri ac canonice diffiniri tuique regni honor a nobis cognosci. Tunc uero recognita tuę petitioni iuste satisfacere secundum quod cupimus, ualebimus ac in dono uexilli et in concessione pallii quasi karissimum beati Petri filium dictante rectitudine audiemus. Data Rome, V Idus Ianuarii, indictione I.

[1] Isp. Rački: Borba južnih Slovena za državnu neodvisnost u XI. vieku. Rad JAZU XXVII, 116–130, i XXX, 75–81. – [2] O vremenu postanka rukopisa v. br. 101.

124.

1078, 12. ožujka.

Kraj Zvonimir daje Bračanima slobodu trgovanja.

Tekst ove isprave poznat nam je samo iz djela Cicarelli: Osservazioni sull'isola della Brazza, Venezia 1802, p. 102. Prema ovom istom izdanju donose ispravu Cod. dipl. CSD I, 161 i Rački: Doc. br. 95.

Isprava se smatra falsifikatom. Rački za to navodi slijedeće razloge: 1077. g. bila je XV indikcija, a početkom slijedeće godine (kada je bila I indikcija) već 7. siječnja proglašen je bizantinskim carem Nikifor Botaniata kao nasljednik Mihaila VII. Osim toga u formulama Zvonimirovih isprava nigdje ne nalazimo ime bizantinskog acra, zatim nigdje se ne spominju imena u ispravi nekih navedenih velikaša. Oblik imena »Zuoinimir« *ne nalazi se ni u jednoj drugoj ispravi. Konačno otok Brač je bez sumnje pripadao Zvonimirovom kraljevstvu te nije bilo razloga izdavanju ovakvog privilegija. Rački iz svega zaključuje da je isprava sastavljena u doba mletačke vladavine. Na to nas upućuje često spominje plemića (nobiles) kao i sam oblik isprave.*

S obzirom da je 12. ožujka bila već u toku 1078. godina, jer je isprava datirana po stilu inkarnacije, kao i zbog I indikcije koja odgovara toj godini, potrebno je dokument datirati 1078. godinom.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo LXXVII, die XII marcii, indiccione I, apostolante papa Gregorio VII et apud Grecos Michaele imperante. Notum sit omnibus tam presentibus quam posteris, quod ego Zuoinimir seu Demetrius, diuina concedente gracia rex Chrobatorum et Dalmatinorum, cum omnibus nobilibus meis concessi Prestanti Pelagio, iudici insule Bracie in Dalmacia, et omnibus charissimis nobilibus de Bracia, quod ipsi nobiles amici cum omnibus suis insulanis possint libere uendere et emere in omnibus ciuitatibus, locis et uillis regni mei omnes mercaturas, quas placuerit eis emere et uendere, sine ulla collecta, da(z)ia et inposicione. Nec quisquam de fidelibus meis audeat eos molestare ullo modo sub pena mee indignacionis. Et hoc propter beneuolam tractacionem, quam ipsi nobiles de Bracia fecerunt fidelibus meis preclaris Dragote bano et Slavogosto iuppano. Et hec facta sunt in presencia uenerabilis Gregorii, episcopi Chrobatorum, Petri capellani, Dragote bani, Slauogosti iuppani, Berislaui comitis et Drasine iudicis.

Per manum Gregorii notarii cum appensione mei sigilli.[1]

[1] Slijedi notarska potvrda: »*Ego Drago Radini, ciuis Sibenici, imperii (!) auctoritate iudex ordinis (!) et communitatis Bracie iuratus cancellarius, ex alia membranula in hanc fideliter extraxi die 4. julii 1379. et meo proprio nomine et signo consueto in fidem et testimonium signaui.*«

1078, 16. travnja.

Kralj Zvonimir ponovo poklanja splitskoj crkvi neka sela, zemlje, pašnjake koje su joj nekoć poklonili njegovi pradjedovi.

Perg. u donjem dijelu vrlo oštećena.[1] 450×350. Pismo gotica XIV stoljeća.

Arhiv kaptola u Splitu.[2]

Farlati: Illyr. sacr. III, 148. Cod. dipl. CSD I, 163. Rački Doc. br. 98.

Već Lucius (Memorie istoriche di Tragurio, p. 217) smatra da je ova isprava falsifikat iz 1338. godine, koji je nastao prigodom svađe zbog pašnjaka Bosiljina između Splita i Trogira. Rački (Podmetnute, sumnjive i prerađene listine, Rad JAZU 45, str. 136) i Šišić (Priručnik, str. 581) je isto tako smatraju falsifikatom. M. Barada smatra da falsifikat nije dokazan i da su svakako neki historijski podaci tačni (Dinastičko pitanje u Hrvatskoj XI stoljeća, Vjesnik za arh. i hist. dalmatinsku, L. str. 174).

[3] In nomine [sancte] et indiuidue trinitatis. Anno scilicet ab incarnatione domini millesimo septuagesimo octauo, die XVI mensis aprelis, indictione prima. Ego siquidem Suinimir, Chroatorum atque Dalmatinorum rex, cupiens ardentissime iura et bona ecclesie gloriossissimorum martirum Dompnii, Anestagii[4] recuperare et ampliare pro posse ob ipsorum martirum reurentiam, quorum precibus[5] meritis spero ante eterni iudicis examen munere adiuuari, et[6] instantissimam petitionem venerabilis patris mei spiritualis Laurentii archiepiscopi et multorum nobilium suorum ciuium de Spalleto, meorum dilectorum fidelium, qui una cum eodem eorum presule mihi grauem querelam exposuerunt, quod propter copiam diffusam animalium ipsorum ciuium et hominum ac villarum eiusdem archiepiscopi et ecclesie sue pascuas sufficientes habere nequibant libere in meo regali districtu, eo quod homines et villani vicini villarum ecclesie memorate molestabant et perturbabant ciues predictos et homines ac villanos ipsius archiepiscopi pascuis pro predictis contra priuilegia donationum ac confirmationum progenitorum meorum, presertim villarum atque terrarum Serennine, Gothe,[7] Tugare, Osiçi, Debriç, Dlanoçe, Vallari[8] et Cremene, que posite sunt infra montes Massari, nec non villarum et terrarum sancti Georgii de Putalo: Cosiçe, Lasany, Ostrogh, Biachy cum tota monitione[9] castri Albona, Radosichy et Smine, que site sunt circha montes, in montibus et sub montibus Dubraue, ac etiam villarum et terrarum Stoleç in Cetina, Sudumschiçe[10] in Cleuna, ecclesiarum [sancti Mo]ysy, sancti Stephani, sancte Ma . . . .,[11] sancti Petri de Clobuceç[12] et a[liarum] villarum et terrarum memorate ecclesie Spalletensis. Quas quidem villas atque terras et ecclesias cum omnibus suis pertinenciis . . . .[13] animarum suarum donauerunt ecclesie Spalletensi, et ego confirmaui et confirmo tibi predicto archiepiscopo tuisque successoribus et ecclesie prenotate ac ex noua donatione concedo imperpetuum. Et ideo uolo ac donatione perpetua, quod tu et tui

successores hominesque tui et villani villarum et terrarum dictarum ac eciam ciues tui Spalletenses habeant potestatem et libertatem pascendi et adaquandi uestra cuncta animalia in districtu meo in pascuis et locis contiguis ac vicinis villarum et terrarum predictarum ecclesie Spalletensis sine contradictione uel turbatione alicuius persone, et presertim in Bosiline, meo regali territorio, absque decimatione seu colecta aliqua, preter decimas, quas per omnia loca prenotata ex mea concessione et meorum antecessorum coligere debet integre et exigere idem archiepiscopus et sui successores sine contradictione temporibus perpetuis, ita tamen quod predicta omnia tu et tui sucessores et ecclesia Spalletensis possideant pacifice et quiete. Si quis uero huic donationi ac confirmationi mee contrarius existerit,[14] irratum habeat trinum et vnum deum et maledictionem trecentorum decem et octo patrum et aliorum sanctorum incurrat et cum Iuda proditore dampnetur eterno supplicio atque LX libras auri persoluat ac componat, quarum medietas regali inferatur fisco, altera autem pro thesauro prefate ecclesie Spalletensis. Acta sunt hec ante noticiam horum testium videlicet Gregorii, venerabilis episcopi Chroatensis, Iohannis, abbatis çenobii sancti Bartholomei, Addam,[15] iuppani Nonensis, Stresegne Breberestiti,[16] Dessimiri Corbaustuci,[17] Dominici, Iadrensis sacerdotis, et Stephani, cappe[llani] sancti Nicholay, et aliorum multorum. In quorum omnium testimonium et memoriam perpetuam presentis priuilegii paginam mei sigilli carateris (!) appensione[18] feci muniri.[19]

[1] Prijepis ove isprave nalazi se i u trećem svesku isprava, koje je dao prepisati nadbiskup Sforza Ponzoni *Donationes principum, fol. 47r–50v*, Biskupski arhiv u Splitu, br. 20. Da je prepisivač imao pred sobom ovaj prijepis koji je već u XVII stoljeću bio isto oštećen kao i danas, vidi se iz ove bilješke: »*Exemplum sumptum ex authentico in membrana per vetustatam in tres partes lacero, quarum tertia inferior deest et in aliquibus dictionibus, ubi cellule apparent, corrupto praesertim in subscriptionibus, notariorum, quarum altera tantum, licet et ipsa in aliquibus dictionibus corrosa, legitur videlicet Matthei Gherardi, reliquarum duarum videlicet Lucani primicerii et Ioannis condam magistri Zoue de Ancona tantum linearum initia superfuerunt cum eorum signis apparentibus etiam frustulis cordularum duorum sigillorum, existente in archiuio reuerendissimi capituli Spalatensis.*« – [2] Rački navodi da se u biblioteci porodice Fanfogna u Trogiru nalazi jedan prijepis ove isprave. Danas nije poznato gdje se taj prijepis nalazi. Međutim opis, koji navodi Rački, tačno se poklapa sa sadržajem i današnjim stanjem isprave splitskog kaptola. – [3] Prije samog teksta isprave notar daje ovaj opis tobožnjeg originala: »*In dei nomine. Amen. Hoc est exemplum cuiusdam priuilegii [reg]alis muniti appensione cuiusdam sigilli magni rotundi cum cordula sirici crocei rubeique coloris, in quo quidem sigillo sculta est quedam regalis ymago sedens in trhono (!) habens in ma[nu de]stra quendam lilium baculo superpositum et in manu sinistra quandam sculturam rotundam et circumcircha sculte erant lictere cruce premissa sic dicentes: Rex Suinimir Dalmatinorum [at]que Crohatorum*«. *Cuius quidem priuilegii tenor per omnia talis est:* ...« – [4] Rački ispravlja u »*Anastasii*«. – [5] Rački ovdje umeće »*et*«. – [6] Rački čita »*ad*«. – [7] Rački čita »*Gatte*«. – [8] Rački čita »*Vollari*«. – [9] Mjesto »*munitione*«. Rački tu riječ pogrešno čita »*iurisdiccione*«. – [10] Rački ispravlja u »*Sudumirice*«. – [11] Rački čita »*Marie*«. Međutim tu ima još više mjesta. – [12] Rački čita »*Clobuco*«. – [13] Rački nadopunja »*progenitores mei pro salute*«. Prostor ne dozvoljava nadopunu s toliko riječi. Možda je stajalo: »*pro remedio*«. – [14] Rački čita »*extiterit*«. – [15] Rački čita »*Adamiz*«. – [16] Rački čita »*Stresigne breberistici*«. – [17] Rački čita »*corbauistici*«. – [18] Rački čita »*impressione*«. – [19] Slijede ovjere notara: (Notarski znak) *Matheus condam Gerardi de Panicho... Bononie, publicus imperiali auctoritate notarius et nunc iuratus reuerendi in Christo*

patris et domini domini Dominici, miseratione diuina et sedis apostolice gratia archiepiscopi Spalatensis, predictum priuilegium cum origina[li] ... domino archiepiscopo et subscriptis tabellionibus et in presentia venerabilium patrum dominorum Arch[angeli, de]i gratia Tiniensis episcopi, et Andree eadem gratia Scardonensis episcopi, et Bernardi, Segiensis (!), diligentissime ascultaui et quia uera (?) ... [ori]ginali, me subscripsi signumque meum apposui consuetum predicto domino archiepiscopo vn[a cum] dictis episcopis suam auctoritatem interponente.

(Notarski znak) *Et ego Lucanus, ecclesie Spalatensis primiçerius, auctoritate im[periali] ... Bernardi Segniensis ... archiepiscopo et suprascripto et infrascripto notariis et imprese[ntia] ... signumque meum apposui consuetum predicto domino archiepiscopo vna ...* (Notarski znak) *Ego Iohannes condam magistri Çoue de Ancona ... iuratus comunis Spalleti, hoc exemplum exa[minaui] ... reuerendissimo in Christo patre et domino domino ar[chiepiscopo] ... episcopi vna cum predictis Matheo et Lucano notariis ... speciali licentia et mandato me eciam in testem s[ubscripsi].*

126.

1078, prije 1. rujna.

Kralj Zvonimir stavlja cetinsku župu pod jurisdikciju splitske crkve s pravom na sve dohotke.

Danas se najstariji prijepis ove isprave nalazi u trećem svesku isprava, koje je dao prepisati splitski nadbiskup Sforza Ponzoni (Donationes principum, *fol. 13) po notaru Ivanu Mazzarellu.*[1]

Biskupski arhiv u Splitu, br. 20.

Drugi prijepis napisan od istog notara nalazi se u osmom svesku prijepisa isprava nadbiskupa Sforza Ponzoni (Varia de bonis archiepiscopatus, *fol. 43–46r, Biskupski arhiv u Splitu, br. 25).*

Lucius: De regno Dalm. et Croat, lib. II, c. 15, p. 98. Farlati: Illyr. sacr. III, 149. Cod. dipl. CSD I, 162. Rački: Doc. br. 99.

Šišić (Povijest Hrvata, 575, bilj. 49) veli da je Lucius ovu ispravu prepisao iz danas nestalog registra napisanog god. 1333. i to dosta netačno, ali da je sadržaj isprave u suštini autentičan. Međutim tekst Lucijev. izuzevši sasvim neznatne i malobrojne razlike, potpuno se poklapa s tekstom iz »Donationes principum«. – *Šišić time pobija svoje ranije mišljenje u Priručniku (str. 185), gdje proglasuje ovu ispravu nesumnjivim falsifikatom. V. Novak (Supetarski kartular, str. 62) podržava ranije Šišićevo mišljenje, dok M. Barada (Dinastičko pitanje u Hrvatskoj XI. stoljeća, Vjesnik za arh. i hist. dalmatinsku, L, str. 178) ostavlja to pitanje otvorenim.*

[1] In nomine sanctae et indiuiduę trinitatis. Anno scilicet ab incarnatione domini nostri Iesu Christi MLXXVIII, indictione prima. Ego Suinimir, qui et Demetrius, gratia diuinitus collata subministrante et sagacis uigore scientie[2] uere coelitus attributę cooperante rex totius Chroatię simulque Dalmatiae, perspicaci suspensae mentis intuitu precipites rerum mundanarum transitus prospiciens et non sine admiratione nullas earum stabiles nec alicuius spei futurae beatitudinis collectiuas inueniens, eis modo exceptis, que deo et electis eius, quasi accommodatiue,

quia centies duplicatę redient (!) commendatae, una cum Gregorio, uenerabili Chroatorum episcopo, et tepecii[3] Dominico, meorum comitum aliorumque nobilium communi fulcitus consilio, salutare et perutile ducens tam mihi quam meis successoribus, ex uniuersalitate multiplicum mei regni climatum beatissimo Spalatinę sedis pontifici ac martyri Domnio, tempore uidelicet Laurentii, reuerendissimi archiepiscopi, iuppam eam, quam Centenam uocant,[4] sine ulla contradictione omnium eorum, quicumque post me hoc in regno successerint, affirmatiue[5] corroboro, corroboratiue[6] ab omni parte perenniter habbenda concedo, sic ut, quantacumque longitudine seu latitudine protenditur, eius sanctificę dominationi plane[7] et omnino subiiciatur. Ita dico et hoc edico, ut quicquid ad ecclesiasticę dispensationis ordinem sano intellectu pertinere uidetur, pleniter habeat; christianę fidei doctrinam ubique teneri faciat; ordinatos tam presbyteros quam alios, ut caste uiuant, constringat; ordinandos ordinari et synodis uti faciat, discordes canonicali regula pacificare studeat; primitiarum ac decimarum omnium, quę legaliter decimari possunt et debent, tam a maioribus quam a minoribus, generaliter iura recipiat; uiuorum ac mortuorum ecclesiae debitas oblationes perpetualiter possideat. Hoc autem ideo feci, ut deus et dominus noster Iesus Christus et gloriosa eius genitrix et uirgo, sanctus quoque Petrus ac beatissimus Domnius contra omnium aduersantium molimina uires ac triumphum in terris conferant, et in coelis apud summum iudicem peccatorum ueniam exorantes[8] dignetur preparare gloriam. Si quis autem, quod absit, hanc nostram donationem dirumpere conatus fuerit, ira omnipotentis dei ueniat super eum et maledictiones CCCX et VIII sanctorum patrum incurrant super ipsum et XII apostolorum, atque in aeterna damnatione perpetim sustineat combustionem; nec non LX libras componat auri, medietas quarum regali inferatur fisco, alia uero prefatę ecclesiae beatissimi Domnii conferatur. Hoc uero nostrum obseruantes decretum locum (!) amena loca, ubi piorum animę requiescunt, Elisii possideat amenum (!).[9] Hacta (!) sunt haec ante notitiam horum testium: in primis quidem Helenę, glorisissimae reginę, Gregorii, uenerabilis Chroatensis episcopi, Ioannis, uenerabilis abbatis cenobii sancti Bartholomei apostoli, dein Dominici tepti, Pribinnae Cetinscici, Iacobi Gitfaci (?),[10] Adam, Nonensis iupani, Stersnine Broborstici,[11] Desimiri Corbaustici, Dominici, Iadrensis sacerdotis, et Stephani, capellani et presbiteri sancti Nicolai.

Et ego Theodorus, licet immeritus sacerdos, iussu domini mei regis prenominati Suinimiri, qui et Demetrii, atque domini Gregorii, sui episcopi, scriptor huius decreti et testis sum ibidem.[12]

[1] Pred tekstom same isprave stoji: *Exemplum sumptum ex autentico in membrana cum impressione unius sigilli cerei, apparentibus tamen signis aliorum quatuor sigillorum existente in archiuio archiepiscopali Spalatensi.*

Hoc exemplum est sumptum siue transcriptum ex quodam montaneo antiquissimo, in quo sunt quamplura priuilegia papalia et regalia antiquitus scripta aliaque iura ecclesiae et archiepiscopatus Spalatensis per me Dominicum, canonicum Spalatensem, autoritate imperiali notarium et nunc iuratum notarium reuerendissimi in Christo patris et domini domini Andreę, dei et apostolicae sedis gratia archiepiscopi Spala-

tensis, legum doctoris, ex mandato et auctoritate ipsius domini archiepiscopi; lectumque et insinuatum fuit de uerbo ad uerbum in pręsentia ipsius domini archiepiscopi per me notarium supradictum et auscultatum diligenter per infrascriptos notarios in pręsentia testium subscriptorum, cum ipso scripto principali concordare, et ut adhibeatur huic exemplo in posterum plena fides, suam auctoritatem interposuit et decretum. Cuius quidem series montanei seu priuilegii per omnia talis est: ... – [2] Rački ispravlja u »»*clemencie*«. – [3] Lucius čita »*tepcii*«, a Rački »*tepçio*«. – [4] Lucius i Rački: »*aiunt*«. – [5] Rački čita »*affirmatione*«. – [6] Rački čita »*corroboratione*«. – [7] Rački čita »*plene*«. – [8] Rački ispravlja u »*exorent*«. – [9] Rački ispravlja u »*(in) eternum*«. – [10] Rački ispravlja u »*morstici*«. – [11] Rački ispravlja u »*Stresigne breberstici*«. – [12] Slijede potpisi notara:

»*Jacobus, filius condam Ubertini ser Leonardi de Pugliensibus de Placentia notarius, Ioannes condam Colutii de Cingulo notarius, Nutus condam ser Dominici de Perusio notarius. Dominicus Dragoslaui Masconich, ecclesie Spalatensis canonicus et nunc reuerendissimi domini Andree, archiepiscopi Spalatensis, scriba iuratus, scripsit presentibus archiepiscopo Andrea, fratre Benuenuto, episcopo Farensi, fratre Ioanne, episcopo Mucharensi, fratre Nicolao ordinis s. Benedicti, abbate monasterii s. Stephani de Pinis, et capitulo et canonicis maioris metropolitanae ecclesiae Spalati. Anno MCCCLXXXXVI, indictione IV, die VI martii.*«

127.

1078.

Vojvoda Stjepan stupajući u samostan sv. Stjepana kod Splita poklanja istom samostanu neka zemljišta.

Talijanski prijevod u kodeksu XVII st. »Scritture del monastero di s. Stefano di Spalato«, fol. 37r. (isp. br. 41).

Biblioteca Marciana u Veneciji, classe V, cod. LI, 5616 (provenienza: Zeno Apostolo 300).

Farlati: Illyr. sacr. III, 153, donosi latinski prijevod. Prema njemu donosi isti latinski prijevod Cod. dipl. CSD I, 133. Rački: Doc. br. 101 donosi svoj vlastiti latinski prijevod.

Isprava se može datirati prema dolasku papinskog legata kardinala Petra, t.j. u proljeće 1078. (v. Šišić: Povijest Hrvata str. 572).

Pred dokumentom stoji naslov: »Donatione di Stefano duca de Crouati della terra al ponte Adneslab et un'altra a Brestenpotoch.«

Nel nome di Christo. Io Stefano, già nobile duca di Crouati, oppresso da graue infirmità hò fatto chiamare i uenerabili sacerdoti del regno di Croatia per ritrouar remedio de miei peccati, per buon conseglio de quali m'hò fatto portare al monasterio di san Stefano protomartire. Et iui fece deposito di tutta la mia dignità et iui elessi la mia sepoltura raccomandandomi all'orationi dell'abbate del medesimo monasterio. Et hò offerto per remedio dell' anima mia al medesimo monasterio dui campi del mio patrimonio: uno al ponte Adneslab[1] et a i beni del mio nepote et fino al fiume, l'altro campo a dritto per Brestempotoch[2] al fiume et a i medesimi beni di mio nepote. Furono fatte queste cose alla presenza di Sommomiro[3] rè, mio signore, di Lepa regina, di Radouano

figliolo del rè, di Pietro prete e cardinale, legato della Romana chiesa, di Lorenzo arciuescouo, di Gregorio uescouo, di Giouanni abbate di san Bartolomeo, di Vrsone di san Moise, di Andrea capellano, di Nicolò capellano del rè.

Et io Teodoro, cancelliere del signor rè hò scritto questa carta et fui testimonio.[4]

[1] Rački ispravlja u: »*ad Naslap*«. – [2] Rački ispravlja ovo ime u »*Brestovi-potoch*«. – [3] Rački čita: »*Suinimiro*«. – [4] Na kraju slijedi ovjera notara: »*Et io pre Sabatio, nodaro giurato del comune, l'ho copiato in questo libro come l'ho ritrouato nel originale.*« Sabacije je bio u Splitu notar krajem XII stoljeća.

128.

1078.

Dabro, opat samostana sv. Stjepana kod Splita, poklanja sav svoj imetak istom samostanu.

Talijanski prijevod u kodeksu XVII st. »Scritture del monastero di s. Stefano di Spalato«, fol. 27r.–28r. (isp. br. 41).

Biblioteca Marciana u Veneciji, classe V, cod. LI, 5616 (provenienza: Zeno Apostolo 300).

Farlati: Illyr. sacr. III 153 donosi latinski prijevod. Prema njemu donosi isti latinski prijevod Cod. dipl. CSD I 139. Rački Doc. br. 102 donosi svoj vlastiti latinski prijevod.

Isprava se može datirati prema dolasku papinskog poslanika kardinala Petra u proljeću 1078.

Pred dokumentom stoji: »Del medesimo«.

Nel nome del eterno dio et saluator nostro Giesu Christo. Io Dabrone, indegno abbate, benche infermo del corpo, tuttauia sano della mente, hauendomi finalmente la diuina misericordia doppo molti pericoli e trauagli accadutimi per li miei peccati concesso quello di che sommamente l'ho pregato et hauendo io per conseglio degli amici rifiutato il peso, che già a dannatione dell'anima mia haueuo accettato et fatto quello che molto prima doueuo fare. Dispongo prima d'ordinare nel cenobio di san Stefano, nel quale mi trouo indegnamente descritto secondo la legge diuina et regola di san Benedetto, et lasciare le cose nostre tutte e quelle, che parano nostre, anzi raccomandate a noi, che furono de nostri antepassati, prima di Paulo arciuescouo e di donna Dabra, mia madre adottiua, et la chiesa di santa Maria posta in Paludo con tutte le sua appendici, et tutte le cose, che parano nostre, et tutte le cose a noi pertinenti, mobili et stabili, le quali tutte concedo in perpetuo a detto monasterio da douer da quello esser haunte, possedute et permutate. Et

se alcuno de nostri parenti per estinto diabolico ardirà contrafare à questa nostra donatione, caschi nell'ira di dio trino et vno et nella maledittione dei 318 santi padri. Furono fatte le sopradette cose alla presenza di questi testimoni: del venerabil Lorenzo arciuescouo et Gregorio vescouo, don Benodetto (!) abbate, Pietro arcidiacono, don Vrsone abbate, Giouanni capellano, Pietro, prete et cardinale, del priore di Traù[1] don Pietro Bela. pre Giouanni, don Pietro decano.

Et io Theodoro prete ho scritto et fui testimonio.

[1] Rački ispred *Giouanni capellano«* stavlja: *(Pietro presbitero) et cardinale, del priore di Traù (Vitale)«.*

129.

1078.

Kralj Zvonimir presuđuje spor koji je zbog nekih zemalja imao Petar Crni s kraljevim ujakom Strezom.

Iura Sancti Petri de Gomai, p. 18. Pismo: karolina.

Arhiv kaptola u Splitu.

Carrara: Archivio capitolare di Spalato, p. 61. Cod. dipl. CSD I, 175. Rački: Doc. br. 111 (str. 132). V. Novak: Supetarski kartular, str. 224 (br. 81).

Unesak datiramo prema Petru kardinalu, koji se inače javlja u Hrvatskoj 1078. godine.

Post hęc uero Suinimir rex dederat Stresi, auunculi sui (!), totas terras, quę erant in Masaro et incipiente a Salona usque Biaki, ut ipse tolleret tributum ab eis. Denique uolebat mihi per uim tollere memoratam terram ita dicendo, quod essent regales. Nam ego statim iui ad Suinimirum in Subenico et duxi mecum uenditores terrę et ... recti,[1] quod ipsa terra non esset regalis, nisi illorum, qui eam uendiderunt, tam de ista terra quam et de illa, quam comparaui in Urana a Cillaua Niuua. Vnde mihi confirmauit prefatus rex nominatas terras, ut nullus deinceps inde querimonias faceret, et etiam maledictionem dedit omnibus, qui eam quesierint. Ante Laurentium archiepiscopum, abbatem sancti Bartholomei, Duymum priorem, abbatem sancti Stephani, Dabrum Platichlebi et Iacobum Marsticum, Dauarado duornicum, Ulcina Sagorsticum, presbiterum Petrum cardinalem, Iohannem capellanum, Duymo podsuppum. + .

[1] Ovo je mjesto oštećeno.

130.

1078. U Kninu.

Kralj Zvonimir potvrđuje darovnicu kralja Krešimira, kojom je ovaj samostanu sv. Marije poklonio zemlju u Tokinji.

Kartular sv. Marije u Zadru, fol. 9r; drugi prijepis s neznatnim razlikama fol. 33r. Pismo: beneventana.

Arhiv samostana sv. Marije u Zadru.

Lucius: De regno Dalm. et Croat. lib. II, c. 15, p. 98. Farlati: Illyr. sacr. V. 50. Cod. dipl. CSD I. 165. Rački: Doc. br. 100. V. Novak: Zadarski kartular, str. 248 (br. 8).

Ego Suinimir, rex Chroatie atque Dalmatie, concedo, firmo et corroboro coram Laurentio archiępiscopo et Iohanne, abbate sancti Bartholomei, et Andrea, nostro capellano, et Dominico tepize et Crenia[1] iuppano hanc donationem, quam dedit noster antecessor rex Crescimir monasterio sancte Marię sito Iadere de terris in Tochinia et de conditione, sicut in suprascripta[2] continetur cartula.[3] Hoc actum est in Teneno. Anno dominicę incarnationis millesimo septuagesimo octauo.

[1] Šišić (Povijest Hrvata, str. 574, bilj. 47) smatra da je ovdje »griješkom prepisivačevom ime kninskog župana Jurine iznakaženo u besmisleno »*Crenia iuppano*«. – [2] Prijepis *b* ima samo »*supra*«. – [3] Misli se na ispravu br. 77.

131.

1078. U Zadru.

Grgur, opat samostana sv. Krševana, odlučuje zajedno s ostalim monasima da se samostan ogradi zidom.

Ova se isprava nalazila u izgubljenom kartularu samostana sv. Krševana kao četrnaesta po redu. Danas je poznata jedino po prijepisu, koji donosi F. Šišić u Vjesniku hrv. arh. društva NS XIII, str. 68 (Genealoški prilozi o hrvatskoj narodnoj dinastiji).

Anno dominice incarnationis millesimo septuagesimo octauo, regnante Buthiano augusto,[1] Jadere Drago priore, Stephanus episcopatum regens. Ego Gregorius abbas considerans sancta loca ex more una cum fratribus uisum est nobis opere pretium fore, si sacrum cenobium a publico clauderetur. Unde habi(to) consilio[2] dicto priori ac presuli petitiones fecimus, quas ipsi et omnis populus Jaderanus uidentes esse proficuum consenserunt. Post confirmationem maiorum et uniuerse urbis iterum quidam filii Belial subdole[3] componentes falsa, priorem eundem in iram excitauerunt ita, ut arrepto temone (. . . . ?) in murum

una uice dedit, stans perculsus diuino metu, sese in lacrimis dedit, mox coram nobis et omni clero humi prostratus ueniam petiit se reum et nefarium clamans. Nos autem domini preceptum seruantes illum blande suscepimus, non tamen absque uindicta. Inde tamen ipse quam et ceteri nobiles conclamationem fecerunt, ut si quis deindeceps hunc murum per uiolentiam rumpere uoluerit, iratum habeat trinum Deum et unum et incurrat iram beatissimi martiris Chrisogoni, qui est patronus nostre urbis, et dampnetur in inferno cum Juda. Hoc actum est coram fratribus nostris et coram clericis. + Ego Dominicus presbiter interfui et rogatus a priore scripsi et coroboraui.

[1] T. j. Nikephoros III Botaniates (1078–1081) – [2] Šišić piše ovu riječ rastavljeno.

132.

Oko 1078. U Zadru.

Ponovni sporazum o pravu ribarenja na otoku Molatu i u Tilagu između zadarskih ribara i samostana sv. Krševana.

Prijepis XVII stoljeća.

Drž. arh. u Zadru: Spisi samostana sv. Krševana, kaps. I, m. H, nr. 4, fol. 5r.

Cod. dipl. CSD I, 147. Rački: Doc. br. 106.

Budući da je Candidus bio zadarski prior 1076., a da je ova isprava napisana »parvo intervallo evoluto« za vrijeme priorata Draga i u vrijeme biskupa Stjepana, može se zaključiti da je pisana oko 1078. g. Kukuljević je bez obrazloženja datirao ispravu »oko 1073.«.

Tempore domini Magii, Iaderensis prioris, pro necessitatibus publicis fuerunt uenditę piscationes: vna in Melata insula,[1] altera in Tilago[2] in ualle Malora[3] sancti Vitoris[4] ex parte altana, quę continet[5] a lo[co],[6] ubi Megarus[7] dicitur usque ad casas, quę suę piscationis se quartam portionem se habentibus dare solebant, quas uero pauci[8] Iaderensium nobiles propter quartam portionem emerant. Sed, quia sępę in diuisione[9] piscium litigabant et se inuicem sindentes (!) et cedentes lacerabant,[10] uenit iam dictus[11] prior, cuius superius in alio loco mentionem fecimus, cum eis ad monasterium, et timens, ne in peius malum deueniret, pręsente Trasone abbate feci(t) eos portionem suam piscium offerre coram omni populo beato Grisogono martiri. At illi omnes in hoc facto letati sunt et minime iam sentientes litigium in pace fraternitatis manserunt emptionem suam piscium data sacro quippe cenobio. Post multorum autem curricula annorum, quando omnia iam diruta fuerant quęque utilia erant, et seruorum dei pertinentia tempore Candonis iterum piscatores ad sinistram tendentes machinabant auferre quartam partem vallis sancti Vitoris adiicientes, »quod de tota Melata quartam dedimus partem«. Vnde paruo interuallo euoluto Dragonis, nobilissimi prioris, sub tempore

iudicium inter eos fuit, quę equalis[12] pars iustior esset. Statim inflamati spiritu nequam monachis sacramentum dederunt, quamuis se nimium penitentes egisse talia.[13] Inter hęc afuit Stephanus, Iaderensis presul, una cum Drago priore et Maifredo[14] aduocato, testes et omnes nobiles nostrę vrbis. Et ego Dominicus pręsbiter rogatus ab omnibus propria manu scripsi et roboraui.

[1] Rački ovu riječ izostavlja. – [2] Rački ispravlja u »*Silago*«. V. br. 34, bilj. 1. – [3] Rački prema br. 34 ispravlja u »*valle maiori*«, što je i vjerojatnije. – [4] Rački ovdje i niže »*Victoris*«. – [5] Rački: »*continetur*«. – [6] U prijepisu stoji »*Alo*«. – [7] Rački čita »*Meyarus*« i ispravlja u »*Mecarus*«. – [8] Rački prema tekstu br. 34 »*(non) pauci*«. – [9] Rački: »*(sed quia in dicta diuisione)*«. Za »*in dicta*« neispravno veli da stoji »*dictitione*«. – [10] Dovle se tekst ove isprave skoro potpuno poklapa s ispravom br. 34. – [11] Rački netačno čita »*in diebus*« i ispravlja u »*iam dictus*. – [12] Rački ispravlja u »*et qualis*«. – [13] Da bi tekst učinio razumljivijim Rački nadodaje »*(mox agnoscerent)*«. – [14] Rački ispravlja u »*Manfredo*«.

133.

1060–1078.

Mojmir poklanja samostanu sv. Ivana Rogovskog svoj posjed.

Prijepis u Polichorionu samostana sv. Ivana Rogovskog, p. 14. Pismo: gotica.

Državni arhiv u Zadru.

Lucius: De regno Dalm. et Croat., lib. II, c. 15, p. 100. Cod. dipl. CSD I. 159. Rački Doc. br. 43. Ljubić: Libellus Polichorion, Starine 23, str. 170.

Jurana, župan Sidrage, spominje se od 1060.–1078. Ovo je jedini element, po kojemu se može datirati ovaj dokument. Rački ga stavlja »Circa a. 1060.«

De teritorio Moimiri. Ego Moimir pro eterna gloria dono totam partem alodii mei uolente et consentiente et colaudante fratre meo Draselo, quod incipit a ualle sanctorum Cosme et Damiani usque ad territorium monacharum sancti Thome. Isti sunt testes, quorum nomina leguntur: Iurana, iuppano de Sydraga, et Crucona potsuppo, et Lisiçaio, Vitodrago et aliis quam plures.

134.

1076–1078.

Kralj Zvonimir poklanja samostanu redovnica sv. Benedikta u Splitu zemljište Pusticu u Lažanima.

Perg. u srednjem dijelu vrlo oštećena, tako da je nekoliko redaka izgubljeno. 293×279. Pismo: beneventana.

Na poleđini regest XVIII stoljeća.

Drž. arhiv u Zagrebu: Doc. ant. 10.

Farlati: Illyr. sacr. III, 155. Cod. dipl. CSD I, 154. Rački: Doc. br. 97.

Iako već Farlati spominje da je isprava na mnogim mjestima oštećena, ipak mu je uspjelo pročitati najveći dio teksta, pa su prema njegovom čitanju oštećena mjesta rekonstruirali kasniji izdavači. Danas ima još više nečitljivog teksta nego u vrijeme Račkoga, zato je ovdje preuzeta njegova lekcija.

V. Novak u raspravi: Dva splitska falsifikata (Bulićev zbornik) smatra ovu ispravu falsifikatom, ali Šišić (Povijest Hrvata, str. 574, bilj. 47) ne prihvaća to mišljenje držeći da je ona »u najgorem slučaju prijepis iz XII vijeka«. Šufflay (O prodoru slavenskih plemenskih ustanova, Obzor 31. I i 1. II 1924.) brani autentičnost i originalnost ove i isprave br. 149. L. Katić (Još o darovnicama Zvonimira i Stjepana II koludricama sv. Benedikta u Splitu, Vjesnik za arh. i hist. dalmat., 49, 1926–27) brani uglavnom autentičnost obiju isprava.

Isprava se može datirati samo prema svjedocima koji se spominju i u ostalim ispravama kralja Zvonimira. Šišić (l. c.) je stavlja u 1078. g.

In Christi nomine. Ego Suinimir nutu dei Chroatorum et Dalmatinorum rex. Nobis diuina clementia concedente in regali solio inuiolabiliter residentibus undique uterque sexus militum uidelicet utriusque uitę laicorum, seruorum et ancillarum, nostram affluens pro rebus sibi oportunis curiam ac causis sibi necessariis perquirens semper astabat. Inter quos quedam sanctimonialium mater Maria uidelicet cenobii sancti Benedicti in sollempnitate consecrationis ecclesię nostri episcopatus sancte Marie uocabulo auxilium immo subsidium memorati cenobii a nobis perquirens ex regali throno cum suis quibusdam sororibus coram nobis astitit. Unde consultu omnium seruorum dei et nobilium nostrorum, qui gratia dei dictę sollempnitati aduenerant, pro pensione et uoluntate prefatę abbatissę et quia locus territorii eidem monasterio contiguus uidebatur, nostra regali potestate, quod Pustiza nominatur, perpetuo iure possidendam sibi inuiola[biliter conce]ssimus in Lazani. Actum est hoc in uilla regali, quo in loco iam dicta ecclesia sancte Ma[rie sita uidetur, his]coram testibus. Inprimis coram Laurentio, venera[bili archiepiscopo, Petro, Chroatensi episcopo, Stephano, Iaderensi episcopo, Johanne. Traguriensi episcopo, Johanne, sancti Bartholomei abbate, Petro, Belgradensi abbate, Dominico tep]zi, Iurrina Tenenstico, Uiseno Polstico. Isti [ad nostram confirmacionem cum innumerabili multitudine ibidem astan]te sufficiant. Iacobum uero ducem Marianorum ex [parte nostra legatum et intr]oductorem abbatissę fieri immemoratis[1] terris permisimus. Si quis uero regum uel principum, iupanorum, parua siue magna persona, huic nostrę donationi contraire temptauerit, trinum et unum deum habeat iratum et CCCtorum decem et octo sanctorum patrum consequatur maledictionem. Et molendinum, que est uita ipsorum, similiter fiat.

Ego Theodorus, presbiter et ęcclesię sancti Domnii et eiusdem regis cancellarius, scripsi et sum testis ibidem.

[1] T. j. »*in memoratis*«.

135.

1079, 4. listopada. U Rimu.

Papa Grgur VII opominje viteza Vecelina[1] *da ne napada oružjem kralja Zvonimira.*

Prijepis u kodeksu »Gregorii VII bullarum tomus I«, lib. VII, ep. 4, fol. *174v. Pismo: karolina.*

Bibliotheca Apostolica Vaticana: Reg. Vat. 2.[2]

Farlati: Illyr. sacr. III, 153. Cod., dipl. CSD I, 166. Caspar: Gregorii VII registrum *(Mon. Germ. Epp. tom. II). Rački: Doc. br. 107.*

Papa Grgur VII vlada 1073–1085. Treća indikcija koja dolazi u tom vremenskom razdoblju traje od 1. IX 1079. - 31. VIII 1080.

Sa strane kasnijom rukom pisana bilješka: »Wezolino nobili militi + «.

Gregorius episcopus, seruus seruorum dei, Wezelino, nobili militi, salutem et apostolicam benedictionem. Scias nos de prudentia tua multum mirari, ut, qui te esse dudum beato Petro et nobis fidelem promiseris, contra eum, quem in Dalmatia regem auctoritas apostolica constituit, tu modo coneris insurgere. Quapropter nobilitatem tuam monemus et ex parte beati Petri precipimus, ut aduersum iam dictum regem deinceps arma capere non presumas sciens, quicquid in illum ausus fueris, procul dubio te in apostolicam sedem facturum. Si uero aduersus ipsum aliquid te forte te (!) dicis habere. a nobis iudicium debes expetere et expectare iustitiam potius quam contra eum ad iniuriam sedis apostolicę manus tuas armare. Quod si te temeritatis tuę non poeniterit, sed contra mandatum nostrum contumaciter ire temptaueris, scias indubitanter, quia gladium beati Petri in audaciam tuam euaginabimus et eodem pertinaciam tuam et omnium, qui tibi in ea re fauerint, nisi resipiscas, multabimus. Sin uero oboediens, sicut Christianum decet, prudenter extiteris, gratiam beati Petri et apostolicę sedis benedictionem, sicut obtemperans filius consequeris. Data Romę IIII Nonas Octobris, indictione III.

[1] Isp. Rački: Borba Južnih Slovena za državnu neodvisnost u XI. vijeku. Rad JAZU 28, str. 174–177. – [2] O vremenu postanka rukopisa v. br. 101.

136.

1080. do kraja XI stoljeća.

Petar Crni, sin Gumajev, obdaruje crkvu i samostan sv. Petra u Selu, koje je on sagradio, nekim posjedima i opisuje način na koji ih je stekao.

Iura sancti Petri de Gomai, op. 1–15. Pismo: karolina.

Arhiv kaptola u Splitu.

Lucius: De regno Dalm. et Croat., lib. II, c. 10, p. 85 samo spominje ovaj kartular. Farlati: Illyr. sacr. III, 154 donosi samo njegov početak. Potpuni tekst prvi donosi Carrara: Archivio capitolare di Spalato. Ovaj dio kartulara donosi Cod. dipl. CSD I, 170–175, a Rački: Doc. br. 111.

Kritičko izdanje sa popratnim raspravama i faksimilima objelodanio je V. Novak: Supetarski kartular, Zagreb 1953. Dio kartulara, koji ovdje donosimo obuhvaća u navedenom djelu uneske od 1–70a (str. 213–222).

Ovaj prvi odlomak kartulara sv. Petra u Selu datirali smo od 1080. do kraja XI stoljeća prema navedenom djelu V. Novaka. Vrlo je vjerojatno da je prvi unesak zaista iz 1080. godine, iako ima netačnu indikciju (osmu mjesto treće). U ostalim unescima nižu se događaji, prikazani u formi kronike, koji su se zbivali od 1080. do kraja XI stoljeća. Izgleda da se sastavljač kartulara nije držao kronološkog reda. Međutim ovaj originalni poredak kartulara nismo htjeli cijepati i drugačije rasporediti – kako je to djelomice učinio Rački – jer je gotovo nemoguće makar i približnom sigurnošću datirati svaki pojedini unesak. Osim toga sastavljač je zaključio ovaj prvi dio kartulara formulom sankcije, pa se može pretpostaviti da svi ti unesci tvore jednu cjelinu.

U bilješkama navodimo približno datiranje svakog uneska prema V. Novaku.

Razlike u čitanju pojedinih izdavača ne donosimo, jer se nalaze u navedenom djelu V. Novaka.

In Christi nomine et eiusdem incarnationis anno millesimo octogesimo, indictione uero VIII, temporibus quoque domni Laurenti, uenerabilis Spalatine sedis archiepiscopi, regi (!) Chroatorum Suinimiri, nec non Valizze priors. Petrus ego Zerni, qui et Gumay filius, vna cum domina Anna mea coniuge, filia scilicet May Fauę, diuina docente clementia ac plurimorum dei seruorum fulti consilio salubre causa nostrorum defunctorum immo delictorum redemptionis iniuimus consilium, quatinus de nostro proprio conquestu more fidelium omnipotenti deo pro posse nostro aliquam portionem offerre possemus. Quodque deo iuuante expleri difiniuimus. Igitur in loco, qui dicitur Selle, circa ęcclesiam sancti Stephani, quę ditioni domini nostri uidelicet beatissimi Domnii subiacet, cepimus ad honorem principis apostolorum omnium Petri apostoli ecclesiam construere quamque deo permitente studio artificum compleuimus. Denique iam peracta conuocato presule iam memorato cęterisque ministris ordinis diuini V Idus mensis Octubris eandem consecrari rogauimus. Ad cuius sollempnitatem quam plurimi Spalatinorum Chroatorumque uirorum gratia remissionis seu absolutionis uenerunt. Deinde auctoritate duce diuina prephatus archiepiscopus cum cęteris sibi astantibus ministris pro dotis eiusdem ęcclesie nos exigere cepit. Nos uero pro uiribus et nostro posse quęcumque tamen necessaria eiusdem dei seruis dictantibus erant, optulimus ibi.

In primis quidem competentia offitii missarum librum missalem I, calicem argenteum cum sua patena et omni aparatu misse, librum passionum sanctorum I, antiphonarium nocturnale I, psalterium I.

Terras autem dedimus omnes, quę in circuitu eius habentur ęcclesię: a confinio territorii prelibate ęcclesię sancti Dominii usque ad locum,

qui dicitur Saline, quicquid infra est, mons siue uallis, a maris ripa usque ad uineam Tilsto Cosse. Omnia enim ista nostro proprio acquisiuimus pretio; ideo in domo dei dedimus.

Nam in primis terram, in qua sita uidetur ęcclesia, comparauimus a Pribistrio pro duobus solidis et uno modio frumenti, alio autem de sale, quod dedimus pro fine sibi. Et hoc factum est coram Stephano, filio iupani Pribinne, et presbitero Prodano et presbitero Dragsano atque Girgi de Tugari. + .[1]

Ibidem iuxta eandem terram emimus terras a Zulo pro IIII modiis frumenti et I argenteum pro fine coram Iohanne Mesagalina et Stephano Curano, Boledrugo de Tugari. + .[2]

Insuper emimus Semianum a suis inimicis pro XL romanatis; ipse autem non habens unde se redimeret, dedit mihi territorium, quod sui patris erat, ut ego diuiderem cum filio suo omne per medietatem et in parte mea dedit totum territorium super ecclesiam et sibi retenuit territorium in Malcin, et quod remaneret, diuideremus, et sic a me liber abscessit. Et hec conuentio ac diffinitio facta fuit ante ecclesiam in Nacle coram his nobilibus, scilicet presbitero Lasca et alio presbitero Lasca, presbitero Prodano, presbitero Piena et Girgi de Tugari et Dragonego et Habraham et fratre suo Andrea et omnibus eiusdem loci uillanis ac coram testibus aliis, quos a Spalato mecum duxi: Iohanne, filio Gastano, Petro, filio Salati et Bilza, filio Girdeo. + .[3]

Post haec uero Miraslauus cum filiis Michahelis Acedelo quidem et Chualo aduersus nostram diffinitionem hanc maligno spiritu concitatus surrexit et non modicam partem de prephato territorio a me subtrahere cepit a territorio Pribistrii usque sursum ad petram.

Vnde nos conuocatis iterum multis Spalatinorum nobilibus, inter quos etiam Iacobum, Marianorum ducem, cum suis militibus ibidem interesse rogauimus, ante quorum presentiam cum prefato decertauimus Miroslauo, ubi et conuentionem hisdem monentibus cum eis denuo fecimus. Quapropter afirmauit nobis prefatas terras, quas subtraere uolebat, et insuper nobis agmentauit (!) monticellum, quę prope petra situm est, et ualle similiter incipiente de Saline usque Satilie et de Satilie usque ad mare. Et dedimus sibi pro conuentione octoginta modia ordei et unum solidum pro fine. Et ipse Miroslauo ante posuit se dicens: »Quicumque ammodo uoluerit te de hoc requirere, ego me omnibus pro te opponam«. Actum est ante notitiam horum testium: ducis uidelicet iam dicti et sui risari Sauide ac ceteris militibus eius et Dragisani, filii Senniani, Girgi de Tugari, Habraham et frater eius Iadreio, Dabrouito setnico et Semidrago et frater eius Uilcizo et alius frater Basili et Draganego duornico et frater illius Boledrugo. Formini Spalatini, qui et Busica, presbiteri Petri Piseniza, Formini Platimisse, diaconi Duymi Boçe, Grubiti Zune, Prodani et diaconi Dabri et aliorum multorum. + .[4]

Nam post multorum annorum curricula decidi in infirmitate, ut nulla spes euadendi esset, ideo uotum uoui in ipsa infirmitate, ut si ego conualescerem de infirmitate, in prefata ęcclesia Petri apostoli ibi me totonderem (!) et habitum beatissimi Benedicti reciperem. Igitur dispen-

sante diuina clementia surrexi de lectulo et consilio et adiutorio Laurentii archiepiscopi, ceterrorum (!) clericorum in supra nominata ecclesia domnum Gregorium nostrum nepotem abbatem ordinauimus; et hoc, quod uoui, auxilio dei adimpleui. Sed cum cępimus ędificare domos, quas necessaria erant fratribus, aminiculo dei consumauimus. Quapropter consilio memorati abbati (!) aliorumque fratrum uoluimus in nominato monticellum, quod comparaui a Miroslauo et a filiis Michahelis. uicum construere nostris famulis. ceperunt Uilkiki nec non Prodanus duornico cum omnibus Tugaranis causa inuidie zeloque diaboli inflammati resistere dicentes: »Non licet tibi construere uicum in monticellum. quia noster est.« Et ego illis: »Uallem et montem incipiente ex Saline usque Satilie omnia mea sunt, quia emi a Miroslauo coram idoneis testimoniis.« Attigit eo tempore uenire in nostris partibus Slauizo rex et Petrus banus nec non Sarubba causa discordię, quę erat inter Slauzo et Lubomiro. Vnde uocauerunt nos ante hos nominatos uiros omnes Tugarani residentibus in ęcclesia beati Petri, quę sita est in Olmisi. scilicet coram Slauzo nec non Petro et Sarubba ceperunt altercare nobiscum et ita nobis iudicauerunt, ut ego uocarem tres meliores ex prefatis testimoniis, uidelicet presbiterum Petrum Piseniza et Forminum Platimisse nec non diaconum Duymum Boce. Igitur habii (!) Spalatum mecumque adduxi eos et ad nominatas petras ascenderunt et ita, ut suprascriptum est, quia monticelum et uallem et incipiente a Saline usque ad uineam Tilsto Cosse totum nostrum esse testificauerunt coram Dabro diacono, filio Diti, presbitero Dominico Macica, presbitero Runtino, Duymo, filio Iezamoza, Oliuerio, Rugata, Ulcina Damanego, Dabro Petriti, Kerna de Tugari. Drugana Tilsto Cosse. + .[5]

Et alias terras ultra torrentem comparauimus a Iuanizo pro I solido et pario de sola pro fine coram Nycola et fratre suo Girgi. + .

Et comparauimus terram aliam a Dobrouito et filio suo Dedomiro, quę est super terras sancti Stephani sub Rupe, quę uulgo dicitur Lao, pro VI galetas uini et media pro fine coram presbitero Urso et diacono Dabro, Iohanne Mesagalina et Petro Carboni. + .

Adhuc comparauimus promunctorium, qui dicitur Pissi Rit, a filiis Stephanizi, Petratia et Sdedrugo pro II solidis et duobus pariis de solis pro fine coram Mesagalina et Petro Carbone. + .

Ibidem prope uinea Nycolay comparauimus uineam a Girgi, fratre Nycole, pro II solidis et I modium frumenti pro fine coram Gregorio Cimpli et Iohanne Cotini. + .

Ibidem comparauimus uineam a presbitero sancto Maximo pro I solido et I argenteum pro fine coram Micha Masitulo et Andrea de Tugari. + .[6]

Co[m]paraui teram de Zulo infra nostras terras pro I solido et II stara de sale pro fine; presbiter Madius Barbazani testis. + .

Emimus terra de Iuanizo iuxta terra supranominati Zuli pro IIII modio de grano et medio pro fine; ante presentiam horum testimoniorum: Paulo Acina, Fusco Pece, filio Minga. + .

Adhuc quoque comparauimus de Zulo terra prope meas terras pro III stara de grana et alia⟨s⟩ de ipso Zulo emi terra subtus terras sancti Maximi pro VII galetas uini et I prandium pro fine; presbiter Gingi, Pradano, frater de Marco, testes. + .

Et comparaui terra⟨s⟩ de Zuli supra terras sancti Domnii secus meas terras pro IIII caseis et IIII panibus pro fine; filio Calendulo, Zanni, testes. + .

Emimus terram, quę pertinet ad Cozzinzani iuxta territorium nostrum de Bozza et de fratre eius et de totis parentibus eius per I pinguissimam porcam et CCC cepas pro fine ante hos testes: Boledrug, Pradano, filio Semidrago, Boiano, filio setnico. Beza et frater eius Uilcanus. + .

Ego Petrus comparaui terram in die sancti Benedicti de Drugana et de fratre eius Bolano terra, quę fuit de sancto Maximo infra territorium sancti Petri. Nam prefatus Drugan et Bolano mutauerunt suam terram a sancto Maximo, quę habuerunt sursum et mihi ista deorsum uendiderunt pro IIII solidis et I modio de sale pro fine; presbiter Iohannes Raguseus testis. Anastasius presbiter testis et alius Iohannes testis, Iohanne, filio Paulelle. Isti sunt testimonia Raguseorum. Sabatius subdiaconus, filius Cepuci, Uelconiza, filio Dabraza, testes, Andreas presbiter et Dretillo celararius testes. + .

Et alia terra comparaui de Bolano, filio Dabrouito, supra terras sancto Maximo pro II solidis et I modio de grano pro fine, duornico Draganego et Iohannes, Calendulo filio, testes. + .

Et emi tres pezze de terra supra nominata terra de fratre eius Dragano pro I modio frumenti et II stara de sale pro fine; Draganego duornico testis. Ibidem comparaui terram, ubi dicitur Grebeni, de filiis Semidragi Pradano et Drugana pro XX uellera ouium et II pro fine; Ursane, filio Iuncte, testis. Et omnes terras, quę habuerunt supra Grebeni, totam comparaui a prenominatis fratribus pro I solido et II uellera et III cubiti de lenzo pro fine; Ursana Iunte testis. Draganego testis. + .

Et emi a Uilkizo, auunculo Pradani, terras incipiente a terras Dragane usque ad terras Zurilli et usque ad terras Uitaze, quę sursum sunt, pro V modiis frumenti et medio et I caseum pro fine coram Dranego duornico et Calendulo. Ibidem emi terram de Uitaza supra ipsas terras pro III modiis frumenti et medio et I caseum pro fine magister filio Calendulo et Boledrugo et Zuli, testes. + .

Et emi terra de Zurillo et de filio eius Dabriky pro I solido et II galetas uini pro fine coram Girdana Tilsta Cossa et Draganego duornico. + .

Et alia terra comparaui ab ipso Zurillo in loco, ubi dicitur Arca, supra terras sancti Stephani pro VII galetas uini et mesa pro fine; filio Kalendulo et Bolledrugo nec non Iadrei, qui fuit a Casaro, testes. + .

Comparaui uineas de Draganego, uites et terra pro XI solidis et I modio sale pro fine coram Girgi, Abraham et setnico Dabrauito. + .

Et de ipso Draganego comparaui alia terra a Bresteni pro I solido et I ouis pro fine coram Semiano et Girgi. + .

Comparaui terra a Mucla Longa iuxta meas terras de Iuanzio pro medio solido et I capra pro fine coram filio Dragisani et Draganego et filio Calendulo. + .[7]

Et emi terra a Grubizo aurifico incipiente de Stilbiza usque deorsum ad terras prioris Tragurii coram nostro abbate et presbitero Paulino et filio Calendulo et Zurillo pro III capras et I modio frumenti pro fine. + .[8]

Et emi terra de consobrino suo Zurra aurifico ibidem iuxta eum pro I modio ordei et I caseum pro fine coram Draganego et Zuli. + .

Et emi uinea de Dabressa sursum iuxta Boledrugo pro IIII solidis et I modio salis pro fine coram Girgi. + .

Comparaui de fratre suo Martino uineam que est a Surbo pro I solido et I modio salis pro fine coram Girgi. + .[9]

Et emi terram a Prasizo, que fuit auio meo Michaza, quam uendidit uxor eius et ego redemi eam ab illorum nepotibus, qui eam comparauerant videlicet a Urascana, Metazza et de consobrino eius Uilcai et Michazza, filio Iadrei, pro X solidis et II argentei atque II galetas uini pro fine coram Osrizzo podsuppo et Togedrago cluzaro et Uilcana brauaro, Petrana Scurpune, Balla, Duymo Dragauito. + .[10]

Adhuc quoque compa[ra]ui terram supra Salona, ubi dicitur a Suatizo, de nepote de Uale pro V solidis et medio pro fine coram Sinice et Rarara. + .[11]

Deinde comparaui locum in Salona a Gribiza, nepo (!) de Baza, pro II solidis et I modio de sale pro fine ante presentiam Iacobi Morstici et suę uxoris. Et in ipso lo[co] statui molendinum et in ipsa domo prefata emi locum de filio Criuizo Nesnu et de nepote eius pro II solidis et menso (?), I galetas uini pro fine coram eidem Iacobo Marstico, Ueliaco cum filio suo, Gregorio podzuppo, Vcha, Cotino.[12] Deinde post multos annos insurrexerunt contra me nepus suus et filius Uilcane brauari Iohannes uolentes per iniustitiam tollere prefatum molendinum. Vnde preiudicauit eos Vilcana brauaro ita dicente: »Fili, sine[13] requirere prefatum mulendinum, quia praue illum requiris. Nam ego scio, quod pretium tulit exinde et pretium dedit Ciclę pro seruitute sua. Coram presentia Dobromiri, fili Saraceni, et filio Tripuni Zurra. Priuet Dedo. + .[14]

Deinde comparaui similiter in ipsam domum locum de Uilcana, filio Mratino Locarda pro II solidis et I modio de sale pro fine; Formino Platimissa et Benedicto Orbazai atque Uicha, testes. + .[15]

Et emi in alio loco quarta pars de memorato loco de Semina et de fratre eius pro II modiis de grano et medio et mesa galeta uini et III pani pro fine coram Ulcina Trulullo et Petro de Muto et Zauni de Maraldo. + .

Et emi quarta pars in ipsum locum de Drasizo, filiastro de Crasano, pro I solido et mesa galeta uini pro fine coram Formino Platimissa et Benedicto Orbazai. + .

Denique comparaui medietatem de ipsum suprascriptum locum a presbitero Ueterano, qui cantat missam in sancto Iohanne a Cremen, pro II solidis et I galeta uini pro fine coram Prodano, nepus de Mattana, presbiter Marco, diaconus Dabro, Duymo de Tule testes. + .[16]

Adhuc uero comparaui seruum nomine Cyprianum cum filiis et filiabus et uineis, quę sunt super callem sub ęcclesia sancti Maximi, pro fine a Nycola pro XV solidis coram Petro Cegayta, Iohanne de Porta, Dabro Laudula, Fusco Pucipani. In eadem ęcclesia dedimus seruum nomine Nycolaum cum uxore sua Dabrina, cum filiis et filiabus ac uineis suis, quę sunt iuxta uineas Cipriani, quia comparauimus illum a fratre suo Girgi. Nam prenominatus Nycola sit in ipsa ęcclesia; coram Lucaro et aliis multis dedimus illum per manum suo fratri Girgi prenominato; coram Stephano cupano (!), Formino Platmissa. + .

Comparaui nomine Negozai a Duymo, filio Stresinna, pro VI solidis pro fine coram Fusco Tiberi et Drago Muti. Similiter comparaui seruum nomine Dragaza a presbitero de Orechoa pro V solidis coram Basilio Stasucco et Lampredio Cybriulo, cui et C pecora et II uacce atque par bouum dedimus ad opus eiusdem ęcclesie, et sit ibidem. + .

Emimus puerum adhuc paruum, qui nuncupatur Slobba a suo genitore, quem studio litterarum crudiri fecimus quemque libertauimus et usque ad presbiterum honore sublimari fecimus ad eiusdem ęcclesie opus; ibi illum perpetuo manere uolumus. Et dedimus Petrum Dracculum, quem compa[ra]ui a Catarinis pro III solidis. Comparaui Zorgi Dracculum a Bartholei setnico pro VII solidis coram archiepiscopo et Iohanne capellano pro fine. Comparaui seruum Andriulum nomine, quod dedi patri suo XL solidos ad laborem et non habenti unde reddere tuli prenominatum filium pro solidis, compara[ui] pro I solido et I staro de grano pro fine in tali pacto, ut si daret seruum similem sui, liber abscederet. Sin autem in perpetuum fieret ęcclesie seruus; coram omnes fratres et coram sorore sua hoc firmatum est. Denique comparaui seruum nomine Pribilum ex Olmisanis pro IIII solidis de Preda et Gradenna.[17] Comparaui seruum nomine Bollezo, filio Ulasizo de Preda, et ex Desa pro VII solidis coram omnes monachos. Ad hęc comparaui seruum nomine Dragadet de Gurgi, filio Beriuoy, pro uno mernico, quod fuit permanupreso de Ludino et ipse mediator ex seruo. Denique comparaui seruum nomine Dedona cum filio de mulier Casari et de filiis suis pro III solidis pro fine ante ęcclesiam et coram omnes monachi et omnes Tugarini. Adhuc quoque comparaui seruum nomine Maracus de Radaslauo de Narento pro I cauallum pro fine. Comparaui seruum nomine Uilcota, quod dedit mihi Tollanus pro seruum, quem mihi furauit Miraslauo, pater Tollani, permanupriso; coram Bartholei setniquo. Comparaui seruum Radouano nomine ex Campisanis pro X solidis et dedi illum per manum ad Ursanum de Sirnounyze. Denique comparaui seruum filius (!) Mirane et dedit michi per se puerulum nomine Bratessa coram Brano iupano et filio eius et prenominatus filius Mirane permanupriso. Et emi seruum nomine Nycola et soror eius nomine Marina ex monacho sancti Bartholomei pro III solidis pro fine. Comparaui seruum nomine Desinna de Micha Tigala pro VII solidis pro fine, permanupriso pater suus Uilconiza; coram Sarubba iupano et Gregorio Scafiule et Nyciforo, filio Telina. Denique comparaui seruum nomine Lubizo de Gruba, filio Purci, pro I ancilla et I seruiolum rogante me patre suo, ut illum redimerem; coram Marstico Rusino et Grubizo suo consobrino.

pater uero suus permanupriso et mater, ante presentiam horum testimonium: Duymo de Srenine et Uilikiki et nepus suus Pradano et omnes monachi. Comparaui seruum nomine Raccana, qui fuit Usemiro de Subbenzani pro III solidis pro fine. Comparaui Lutizo seruum; nam ipse Lutizo mihi debebat III solidos non habenti unde redderet, dedit se mihi seruum; coram duo filii Cdedrago (!) et Stiglizo. Comparaui seruum nomine Perinna pro II solidis pro fine. Dedit hic Zacharia filium suum Chudali nomine, ut esset seruus sancti Petri pro III solidis pro fine. Et Raccana similiter dedit filium suum Belotiza in prefata ęcclesia in sempiternum. Denique Dabressa dedit filium Strosit in memorata ęcclesia, ut esset seruus in sempiternum. Comparaui seruum nomine Uelcoz de Nebistan pro II solidis pro fine. Vtecha et duo filii sint similiter in ęcclesia sancti Petri. Porcarus similiter se dedit in nominata ęcclesia, eo quod illum curavit de cara abbas cum magno dispendio quam habebat in capite.[18]

Comparaui medium molinum de Brataaza, fratre Zezani, quem dedit ei Criuali rex pro XXV cubiti de lenzo et I galeta de uino pro fine, coram Madio Longo et Formino Salato; et alium medium fuit de sancto Petro, dedit illum mihi presbiter et omnes serui sancti Petri, ut illum laborarem, ut fieret medietas mihi et alia medietas illis; coram duo filii Cacaunti et duo filli Riuelli.[19]

Omnia ista, quę hic prelibata sunt, uolumus in sempiternum ęcclesiam habere. Nostris autem filiis ad regendum hęc omnia committimus, sed tali modo, ut quę ibi sunt oblata, regant, custodiant, conseruent et ab omni perturbationis incursu defendant, cotidianum ut habeat officium, elaborent non ad opus suum, sed ad ęcclesie et ibi seruientibus illud custodiant. Quod si, quod absit, aliquis eorum aliter preter quod precipimus egerit, ut ad suum opus illud retinuerit, iratum habeat trinum et unum deum et maledictionem CCCX et VIII sanctorum patrum consequatur et in perpetuo nostram possideat maledictionem. + .[20]

[1] V. Novak postavlja mogućnost, da je ovaj unesak nastao najranije 1079. Rački (Doc. br. 49) datira gradnju crkve »*circa a. 1065.*«, dok Šišić smatra u Priručniku (str. 275) da su crkva i samostan osnovani 1060. a u Povijesti Hrvata (str. 539) 1064. – [2] V. Novak datira: nešto prije 1080. – [3] V. Novak: oko 1080. – [4] V. Novak prema Jakovu, predšasniku kralja Slavca, datira: »*oko 1030*«; Rački bez tumačenja: »*c. a. 1076.*« – [5] V. Novak zbog kralja Slavca stavlja ovaj unesak u zadnji decenij XI stoljeća. Lj. Karaman (Historijski zbornik XI–XII, str. 311–313) smatra kao i Lucius Slavca hrvatskim kraljem i postavlja ga vremenski između Krešimira i Zvonimira. Zato datira ranije ovaj unesak. – [6] Za sve gornje uneske V. Novak pretpostavlja, da se mogu datirati i poslije 1080. – [7] Svi gornji unesci nemaju nikakovih kronoloških podataka. – [8] Po V. Novaku ova je kupoprodaja izvršena poslije 1090. god., kada je, po njegovom mišljenju, tek izgrađen samostan. Međutim je to moglo biti i nekoliko godina ranije. – [9] Za ove uneske nema kronoloških podataka. – [10] V. Novak smatra da nije isključeno da je ove zemlje Petar Crni kupio još prije izgradnje crkve, t.j. prije 1080. godine. Rački datira ovaj unesak sa 1072. identificirajući osobu Togedraga s Tomidragom, koji se javlja te godine. Druga varijanta ovog uneska javlja se u istom kartularu, p. 17–18 u ovom obliku: »*Et emi terram, ubi dicitur a Praszo, quę fuit auio meo Michazzo, quam uendidit mulier eius, et ego redemi eam ex illorum nepotibus, qui eam comparauerunt, uidelicet a Vrascana, Matazza et de consobrino eius Uilcai et a Michazza, filio Iadrei, pro X solidis et II argentei ac II galetas uini pro fine; coram Astrizo podsuppo et Togedrago cluzaro et Uilcana brauaro, Dámiano,*

filio Matana, Petrana, filio Scurpune, Balla, Duymo Dragauiti«. – [11] Nema nikakovih kronoloških elemenata. – [12] Ovaj unesak datira V. Novak od 1080. do 1090. godine. – [13] Trebalo bi stajati: »*desine*«. – [14] V. Novak misli da »*post multos annos*« može biti negdje oko 1090. – [15] V. Novak smatra da ovaj ima stvarnu i vremensku vezu s gornjim uneskom. – [16] Gornji unesci nemaju nikakovih kronoloških podataka. – [17] V. Novak smatra da bi se ovi unesci mogli datirati između 1080. i 1090. – [18] V. Novak smatra da bi se svi gornji unesci o kupnji robova mogli datirati poslije 1090. – [19] Ovaj unesak V. Novak datira oko 1100. godine. To svoje mišljenje temelji na pretpostavci, da ime »*Criuali*« nije ništa drugo nego mađarski »király«, što bi se odnosilo na kralja Kolomana. U istom izdanju Supetarskog kartulara (str. 269) P. Skok ozbiljno je uzdrmao tu Novakovu hipotezu smatrajući da je to ime nepoznatog porijekla. Prema tome ni Novakovo datiranje ovog uneska nema čvršće osnove. Rački ispravlja u »*Cresimir rex*«. – [20] Za ovu formulu sankcije V. Novak veli: »sastavljač kartulara smatrao je, da je time završio cjelinu, kojom je obuhvatio sva glavna darivanja i kupnje, vezane sa zadužbinama, crkvom i manastirom«.

137.

1080. (?)

Petar Crni sa ženom Anom poklanja samostanu sv. Petra u Selu zemlje u Bilaju.

Iura Sancti Petri de Gomai, p. 28. Pismo: beneventana.

Arhiv kaptola u Splitu.

Carrara: Archivio capitolare di Spalato, p. 68. Cod. dipl. CSD I, 178. Rački: Doc. br. 112. V. Novak: Supetarski kartular str. 230, br. 101.

Zemlje u Bilaju spominju se prema podacima kartulara dva puta, i to prvi put oko 1090. (v. br. 154.), a drugi put 1187. (v. V. Novak: Supetarski kartular, str. 229, br. 98). Spor g. 1187. rješavao se je pred Izakom, opatom sv. Stjepana, koji je ujedno bio i vikar splitskog nadbiskupa. Isti opat Izak potpisan je na ovoj ispravi, koja je cijela pisana prema mišljenju V. Novaka nekom degeneriranom beneventanom XIV stoljeća (o.c., str. 136). Zbog toga, a i zbog samog sadržaja, isti pisac misli da je ovaj unesak kartulara »ustvari smušeni sastav iz izvoda« gore spomenutih. – Kukuljević datira ovu ispravu bez obrazloženja 1085. godinom.

+ In Christi nomine et eiusdem incarnacionis millesimo octauogesimo, indiccione uero octaua. Temporibus quoque domini Laurencii, venerabilis archiepiscopi Spalatine sedis, regis Croatorum Suinimiri nec non Uolize prioris. Ego Petrus Cerni, qui et Gumay filius, una cum uxore mea domina Anna dedimus omnes terras, que sunt in Bylay, incipiendo a muro, qui est supra mare, et ad alium murum, ubi fuit pons ad torentem, qui uocatur Gargeuac[1] et usque ad aquam, qua (!) uocatur Cripotim,[2] et inde ad alium torentem et inde uersus mar[3] ad murum pristinum.

Et ego Ysac, habas (!) sancti Stephani, hoc scripsi.

[1] V. Novak čita »*Gargenac*«. – [2] Rački čita »*Cripotin*«. Zaista zadnje slovo nije jasno. – [3] Riječ je nejasno ispisana. Rački je čita »*mare*«.

138.

Oko 1080.

Petar Crni pred Jakovom, neretljanskim vladarom (»Marianorum duce«), sklapa nagodbu o nekim zemljama s Miroslavom, koji ih je htio sebi prisvojiti.

Ovaj se podatak nalazi u Supetarskom kartularu, p. 3.
O datiranju v. br. 136, bilj. 4.

139.

1083.

Kralj Zvonimir poklanja splitskom nadbiskupu Lovri zemlju Konjuštinu u Zmini.

Danas postoje dva prijepisa ove isprave. Oba se nalaze u splitskom biskupskom arhivu i to u prijepisima koje je dao učiniti splitski nadbiskup Sforza-Ponzoni (1616–1641.). Prvi prijepis se nalazi u trećem svesku spomenute zbirke (Farlati je zove: »Donationes principum« –), br. 20, fol. 11v–12v.[1] Drugi se prijepis nalazi u osmom svesku iste zbirke (»Varia de bonis archiepiscopatus«), br. 25, fol. 38. Oba su prijepisa pisana istom rukom.

Farlati: Illyr. sacr. III, 154. Cod. dipl. CSD I, 177. Rački: Doc. br. 114.

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. Anno quidem dominicae incarnationis MLXXXIII, indictione uero sexta. Ego Suinimir, gratia dei Chroatorum atque Dalmatinorum rex, cum me dei omnipotentis pietas sua miseratione in regali locaret solio, cum etiam regni diademate sceptroque a uicario eiusdem clauigeri Petri, Gregorio uidelicet papa beatissimo, legaliter adhornarer (!), ęquanimiter cepi circa meos fideles immo dei oratores donationis gratia esse solicitus dignum ducens, quo nullus fieret exterus a nostra donatione. Igitur inter plurimos nostra regalis dignitas fideles et oratores hunc sibi eligere decreuit Laurentium scilicet[2] Spalatinum uenerabilem archiepiscopum uice patris cuique placuit corde gratissimo territorium in loco, qui Smina nuncupatur, illud quidem, quod Conustina nominatur, donare tali uero modo, ut ipse illud possideat, habeat, donet cuicumque voluerit. Si quis autem, quod absit, nostrorum successorum instinctu diaboli hanc nostram donationem disrumpere tentauerit, iratum habeat trinum et unum deum et habeat maledictionem CCCX et VIII sanctorum patrum et cum Iuda, traditore domini, in inferno perpetualiter trudi mereatur. Hacta (!) sunt autem haec ante pręsentiam horum[3] testium: in primis regine

Lepae, Radouani, regis filii, presbiteri Andreę et capellani regis, Dabri abbatis, Ugonis, capellani archiepiscopi, Mocica[4] postelnici, Simonis presbiteri, Dragolubi capellani, Uisse ubrusari.

Ego Theodorus, sacerdos et cancellarius eiusdem regis, iussione regali scripsi.

[1] Pred tekstom ovog prijepisa nalazi se bilješka: »*Exemplum sumptum ex originali in membrana cum sigillo plumbeo pendente cum cordula canapis, in cuius una facie est imago regis sedentis, in altera uero scriptum: SVINIMIR REX CHROATORUM, existente in archivio archiepiscopali Spalatensi.*« Iza teksta ovog prijepisa nalazi se ovjera notara s pečatom nadbiskupa i znakom notara: »*Ego Ioannes Mazzarellus, notarius publicus curiaeque archiepiscopalis Spalatensis cancellarius, antedictum exemplum aliena manu extractum auscultaui et concordare inuentum in fidem subscripsi mei tabellionatus signo apposito et ad maius robur predictae curiae sigillo muniui*«.
Rački navodi u bilješci ispod ove isprave da u biblioteci Fanfogna u Trogiru postoji prijepis splitskog kaptola iz godine 1397. – [2] Rački: »*uidelicet*«. – [3] Rački: »*huiusmodi*«. – [4] Rački: »*Matica*«.

140.

1083.

Kralj Zvonimir poklanja samostanu sv. Stjepana kod Splita zemlju Radunu.

Talijanski prijevod u kodeksu XVII st. »Scritture del monastero di s. Stefano di Spalato«, fol. 30v–31r (sp. br. 41).

Biblioteca Marciana u Veneciji, classe V, cod. LI, 5616 (provenienza: Zeno Apostolo 300).

Farlati: Illyr. sacr. III, 154 donosi latinski prijevod. Prema njemu donosi isti latinski prijevod Cod. dipl. CSD I, 177. Rački: Doc. br. 115 donosi svoj vlastiti latinski prijevod.

Rački smatra ovu ispravu interpoliranom zbog toga što stil, formule i sadržaj ukazuju na to da je ona učinjena prema ispravi br. 139. Isto tako on smatra da je ime opata uzeto iz isprave Petra Krešimira iz g. 1070. (br. 90) budući da se u ispravama iz ovog doba (br. 136 i 137) spominju drugi opati samostana sv. Stjepana. Rački primjećuje da se u ispravi kralja Stjepana iz g. 1089. (br. 150) koja govori o istom posjedu ne spominje ova darovnica. Pred tekstom stoji naslov: »Donatione del re Summimiro de Radunna«.

[1] Rački ovdje umeće: »*(monasterio sancte Marie)*«. – [2] Rački umeće: »*actum*«. – [3] Lucius i Farlati čitaju »*Trasone*«.

1092.

Zadarski prior Drago dosuđuje Veki, kćeri Cike, dio njene baštine, što naknadno potvrđuje splitski nadbiskup Lovro.

Kartular sv. Marije u Zadru, fol. 20v–23v. Pismo: beneventana.
Arhiv samostana sv. Marije u Zadru.

Lucius: De regno Dalm. et Croat. Lib. III, c.l., p. 106 donosi samo početak. Farlati, Illyr. sacr. V, 51. Cod. dipl. CSD 184, 185. Rački: Doc. br. 128. V. Novak: Zadarski kartular, str. 251, br. 13.

Isprava se sastoji od dva dijela. Prvi dio sadrži presudu priora Draga, dok drugi potvrdu nadbiskupa Lovre. Drugi dio se nastavlja neposredno iza prvog i to tako da je između jednog i drugog razmak od jednog retka.

Rački zadržava datum koji se nalazi u prvom dijelu isprave, ali iz sadržaja se vidi da je izdana duže vremena poslije Božića 1091. Prema tome se može zaključiti da je datiran po florentinskom kalkulu, dakle najkasnije do 24. III 1092. Potvrda nadbiskupa Lovre je po svoj prilici izdana tokom 1092. godine. (v. Šišić: Povj. Hrvata, str. 610).

(A)nno incarnationis Iesu Christi, nostri domini, millesimo XCI, kyri Alexio Constantinopoleos imperante, tempore quo Uladislau, Pannoniorum rex, Chroatię inuadens regnum domnum Almum, suum nepotem, in illo statuit regem, Iadcrensi uero cathedrę domno Andrea uenerabiliter presulante meque Drago, domni Prestantii ępiscopi nepote, iam tertio priorante. Accidit, ut in primo anno meę tertię recuperationis coram nobis ac prefato ępiscopo aliisque quam pluribus oriretur quęrimonia domne Uekę[2], filię Cicnę, quę uiri sui uidelicet Dobroslaui thorum custodiens uiginti annis deo deuota monastico utebatur habitu, quam Petrus, socer suus, filius domni Dabri, uerbis suorum deceptus propinquorum suo exhereditarat uerbo filiumque suum, quem cum sclauuncula natum habebat, moriens totius suę hereditatis fecerat heredem. Hanc autem monachili irretitam uinculo, quę illum alim(en)tis uestimentisque foueat continuę, quod ueris probatur assertionibus, expertem suorum fieri iusserat dicens filio mortuo huic uiuenti nurui quasi mortuę nil deberi dari. Quem etiam iam dictus Dobroslaus, filius eius, paterna motus pietate suę e consensu coniugis Uekę, quam futuram nouerat monacham, eadem notificante moriendo suę illum proprietatis fecerat participem, par boum sibi tribuens cum suis culturis aureosque nastalos, quin etiam suam uineam; nempe neminem estimans ili compotizari hereditati sua pretermissa coniuge, quippe nondum ipse pater alia utebatur uxore. Unde factum est, ut utrisque coram nobis litigantibus ipsamet domna Ueka cum sua matre aliisque propinquis, et ex alia parte Madio electo eiusque fratre Petrina nec non Zanizo, Mazikyrnę filio, quin[4] pluribus aliis conicientibus,[5] demum iussi presulis ępiscopali, quo sedebamus egressi palatio, ibidemque cisternam ingredientes cum iamdicto ępiscopo et Iohanne iudicatore aliis nobilibus ducto in medium

utrorumque certamine, quid hinc rei exitus doceret, perscrutari cępimus, quod more antiquorum diiudicare uolentes, ut ipsa sua fruaretur parte, uelut si uiuus adesset, cuius karitate se monasticę dederat professioni. Sed huic rei contrariantibus hoc displicuit seque archięepiscopali uelle obędire iudicio conclamarant. Quibus et illa una nobiscum assentiens sepissime inuitauit, ut ad suum cum ea irent propositum.[6] Qui sub unius anni indutiis, nobis cernentibus, centies exclamati ire renuerunt. Quos nos hoc modo definiuimus, in primis anni illius atributo sibi tribuno Trunzanno Maio, Peze filio, partis domus et uineę heredem eam fecimus, ut uel sic Spalatum, prout expetierant, cum ea proficiscerentur. Quibus et ex hoc indutię a mense iulio usque in natalem domini largitę sunt, sed procaciter resistentes et se hinc subtraxere. Quapropter ego Dragus prior commune seruans sacramentum neminem uolens ab aliquo uim sustinere cum iam nominato ępiscopo aliisque nobilibus ad domum illius pergentes, quę sita est in quadruuio sancti Petri, legali hoc diffinientes iudicio, sub ępiscopali uinculato precepto, illam pleniter debere habere partem iussimus ipsique nos illis domum partientes monachę occidentalem partem domus dedimus duasque ulnas et eo amplius medietatis domus propter misericordiam illam consentire uoluimus infantulo. Hęc ego Maius archidiaconus, quia his omnibus interfui et, ut a memoratis pręsulibus michi iniunctum est, fideliter ueraciterque scripsi, et post tradita coram his testibus lecta est et sigillo dicti prioris signata: Iohanne iudicator (!), Uitaza testis, Micha testis, Desinna testis, Madio Zelle testis, Budinellus testis, Madius, gener Zelle Prestantii, Pruona testis, Grubize, filius Gregorii, testis, Gauzulus Prestabarba testis, Barba testis, Neupret testis, Dolmaldus testis, Brate testis, et alii quam plures collaudantes et confirmantes.[7]

* * *

Quoniam, quod a minoribus legaliter diffinitum est iudicibus, a maioribus, si oportet, debeat confirmari, corroboro ego L.,[8] Salonitanę sedis archięepiscopus, et laudo hoc iudicium a tanto honestissimo uiro D.,[9] Iadertino priore, cum suis nobilibus iam doctum.[10] In ęcclesiasticis enim et mundialibus sancitum habetur legibus, ne quęlibet persona, in sua arrogantia erecta, contra iudicia semel iam facta conqueratur iterum in sua male uisa quęrimonia. In libello quidem, quem Uekenega, filia Cicne,[11] a prelibato priore datum et ab archidiacono M.[12] scriptum ad mea (!) contulit laudationem, iuste et canonice cognoui finitum. Quis namque arrogans exhereditare auderet hanc uiduam ab hereditate mariti sui, dum non solum eius lectum sic nobiliter, utpute cognoscimus, obseruauit; ac inter uiduas, quas laudat apostolus P.[13] se certamen et ad premium, utique assumpto earundem habitu proiectoque cum suo sarcine mundo, se contulit. Unde hęc ordinata, sicut superius, confirmo et immo laudo atque sub ligamine anathematis et Niceni concilii uinculo quemquam pono, qui hoc nititur infringere et delere. Hanc uero sigillo sancti

Domnii cartula (!) iussi signari, ut contra omnes permaneat conquestores in sua stabilitate firma. In hac laudatione A.,[14] ępiscopus Iadere, et D.,[15] eiusdem ciuitatis prior, testes.

[1] Rački ispravlja u »*mei tercii prioratus*«. – [2] Rački to ime ovdje i na ostalim mjestima ispravlja u »*Veke(nega)*«. – [3] Umjesto »*Ciche*«. – [4] Rački krivo čita »*cum*«. – [5] Rački krivo čita »*consentientibus*«. – [6] Rački ispravlja u »*prepositum*«. – [7] Na fol. 30r kartulara nalazi se jedan dio zaključne formule ove isprave (od Vitace do kraja), pisan rukom drugog pisara. Rački to nije zapazio, pa donosi taj tekst kao nastavak isprave br. 77 *b* redakcije. – [8] T.j. »*Laurentius*«. – [9] T.j. »*Drago*«. – [10] Rački čita »*dictum*«. – [11] T.j. »*Ciche*«. – [12] T.j. »*Maio*«. – [13] T.j. »*Paulus*«. – [14] T.j. »*Andreas*«. – [15] T.j. »*Dragus*«.

162.

1094.

Ugarski kralj Ladislav osniva zagrebačku biskupiju.

Odlomak isprave na pergameni ostrogonskog nadbiskupa Felicijana iz god. 1134. Pismo: karolinška minuskula.

Nadbiskupski arhiv u Zagrebu: Privilegialia br. 1

Transumpt ove isprave nalazi se u ispravi pape Grgura IX od 18. VII 1227. (Kaptolski arhiv, fasc. I, br. 41) i u originalnom papinskom registru u Vatikanskom arhivu (ep. 149).[1]

B. Krčelić: Historia cathedralis ecclesiae Zagrabiensis, p. 1. I. Tkalčić: Monumenta historica episcopatus Zagrabiensis I, 1. Cod. dipl. CSD II, 26. A. Theiner: Monumenta Hung. I, 85. Rački: Doc. br. 130.

Rački datira osnutak zagrebačke biskupije 1093–1095. god., dok Šišić (Priručnik, 362–363) oslanjajući se na podatke o osobama koje se javljaju u ovoj i u drugim suvremenim ispravama smatra: »da utemeljenje biskupije zagrebačke pada upravo u godinu 1094.«

Regnante nobilissimo rege Ladisclauo, Strigoniensis uero ecclesię primatum Acha gubernante et Baaciensi archiepiscopo Fabiano existente, Bespremensi episcopo Cosma, pallatino comite Iula, Semegiensi comite Grab, predictus rex diuina gratia inspirante horum ceterorumque nobilium consilio Zagrabiensem constituit episcopatum, videlicet ut, quos error idolatrie a dei cultura extraneos fecerat, episcopalis cura ad uiam ueritatis reduceret. Ad instruendam ergo huius plebis ignorantia quendam Boemicum uenerabilis uite uirum nomine Duch idoneum repperit, quem eidem ecclesie pastorem per suum c[apel]lanum Fancicam delegauit, qui et illi ecclesię officinarios de Semigiensi et Zalensi comitatu ordinauit. Preterea alter capellanus Cupan nomine precepto eiusdem regis dedit eidem ecclesię populum de Dumbroa cum terra et silua sibi appendente.[2]

[1] Nema sumnje da je postojala i posebna isprava o osnutku zagrebačke biskupije. O nestanku najstarijih isprava zagrebačke biskupije zagrebački arhidakon Ivan god. 1334. veli: »*Sed processu temporum advenientibus Tartaris .... tempore domini Bele regis quarti privilegia ipsius ecclesie metu ipsorum Tartarorum fuerunt asportata pro conservatione in insulam marinam Arbum vocatam, nec exinde potuerant omnia rehaberi, et quomodo hoc acciderit ignoratur.*« (v. Šišić: Priručnik, str. 323–324). – [2] U ispravi kralja Andrije II iz 1217. godine ovako se spominje osnutak zagrebačke biskupije: »*Quod cum essemus in exequendo itinere assumpte crucis, iniuriam crucifixi ulcisci volentes ad sanctam terram proficiscendo, venissemus ad Zagrabiensem episcopatum ac monasterium Zagrabiense a sancto Ladiclao rege, sanctissime recordacionis predecessore nostro, constructum, qui, terram Sclauonie siue banatum ab errore ydolatrie ad christianitatem conuertens corone Hungarie subiugauit; qui eciam in eodem banatu episcopatum instituit et monasterium in honore sancti regis Stephani construxit .....*« (Tkalčić: *Monumenta historica episcopatus Zagrabiensis I.* 45. Rački: Doc. br. 130/2).

163.

Prije 1095 (7. ožujka).

Zakletva Petra, izabranog biskupa krčkog, nadbiskupu splitskom Lovri.

Zapis u Splitskom evanđelistaru fol. 245v. Pismo: karolina i beneventana.
Arhiv splitskog kaptola.
Farlati: Illyr. sacr. III, 141., Rački: Doc. br. 162/2.
Farlati (o.c. V, 298) prema Valeriju Ponte stavlja Petrovo vrijeme biskupovanja od 1069–1094. Međutim se on javlja samo u ispravi od 7. III 1095. (br. 164).

Ego Petrus[2] presbiter, ecclesię Veclensis futurus episcopus, ab hac ora in antea promitto ecclesię Spalatinę et tibi domno Laurentio archiepiscopo tuisque successoribus canonice intrantibus obedientiam et fidelitatem uel auxilium pro posse et scire secundum ordinem meum. Si(c) me deus adiuuet et hęc sancta IIII euangelia.

[1] Isp. V. Novak: *Evangeliarium Spalatense*, Vjesnik za arh. i hist. dalm. 46 (1. prilog), str. 83. – [2] Prve dvije riječi pisane karolinom, a ostalo beneventanom.

164.

1095, 7. ožujka. U Zadru.

Crkveni sabor potvrđuje sloboštine što ih je grad Zadar dao samostanu sv. Marije.

Kartular sv. aMrije fol. 14v–16v. B *redakcija se nalazi u istom kartularu fol. 30v–31v. Pismo: beneventana.*
Arhiv samostana sv. Marije u Zadru

Lucius: De regno Dalm. et Croat. lib. II, c. 16, p. 102 i Farlati: Illyr. sacr. V, 49 nadovezuju ovu ispravu na onu priora Draga (br. 161). Cod. dipl. CSD I, 143. Rački: Doc. br. 131. V. Novak: Zadarski kartular, str. 254. br. 15.

Budući da se svi navedeni elementi kod datiranja slažu s godinom 1095., to dokazuje da je ova isprava datirana prema firentinskom kalkulu. Prema tome je Račkova korektura kod broja godine nepotrebna. (v. Šišić, Priručnik str. 292, bilj. 2).

+ L.,[1] dei gratia Spalatine sedis archiępiscopus, A.,[2] Iaderatinus ępiscopus, Petrus, Arbensis episcopus, P.,[3] Ueclensis ępiscopus, I.,[4] Tragurensis ępiscopus, B.,[5] Belgradensis ępiscopus, A.,[6] Nonensis ępiscopus, G.,[7] abbas monasterii sancti Chrisogoni, Theoderus sancti Stephani, Petrus sancti Nicolai, Iohannes sancti Michahelis, Dabragna sancti Petri abbates cum omnibus clericis atque laicis deum timentibus Iaderatine scilicet ęcclesię congregatis. Nobis plurima uentilanda et examinanda allata, ut moris est generalis concilii confluerent[8] interea etiam nichilominus illud affuit muniminis scriptum, quod episcopus et prior, nobiles et ignobiles Iaderensis ęcclesię beate Marię semper uirginis, monasterio uidelicet uirginum deo deuote famulantium, nouiter in eadem ciuitate nostris temporibus constructo, tempore consecrationis iam dicte ęcclesię deuote et alacriter concesserunt.[9] Hoc denique licet[10] continens ut,[11] qui[12] de solo patrimonio nobilium puellarum illuc ob amorem Christi concurrentium ędificatum fuerat, sic ab omni infestatione tributi quiete uiuerent, ut libere ab omni mancipatione humani seruitii toto mentis affectu seruirent, cui se disponsantes ancillulas tradiderunt; hoc solummodo petente abbatissa ingenuitate precipua, nomine Cicca, cum omnibus sororibus uolentibus illis amplissima de fisco ciuili dona conferre. Quod namque dum diligentius perscrutantes inuestigaremus, illud inde cassare studuimus, quod cassandum et impossibile ad obseruandum perspeximus: inerat siquidem ei, ut si quis ex omnibus boni monasterii ad formulam[13] usque casei uiolenter[14] presumeret, anathematis uinculo et ex triplo (?)[15] ligaretur. Quo iure abraso cetera perpetua stabilitate firmare salubrius decreuimus, ita quidem, ut nullus de clero uel populo, magna uel parua persona, ingenuus uel seruus, ab inde in antea quicquam auferre uiolenter presumat, quod si presumpserit et emendare post actam querimoniam resistendo noluerit, tunc anathematis uinculo inpenitens innodatus intereat. Excepto quando prior sepedicte ciuitatis pro communi utilitate omnium conciuium ipsemet uel filius eius iuerit, uel suum legatum transmiserit;[16] quod tamen cum omni honestate et mensura fiat. Hoc denique promulgato acclamatum est: »si placeret?«, succlamatum quoque est: »omnibus placet«.[17] – Anno dominicę incarnationis millesimo XCIIII, indictione III, epacta XII, concurrente VII, regnante Alexio, imperatore Constantinopolitano, episcopante Iadere Andrea, tertio existente Drago priore. Nonis in martii (!), quartarum nichilominus feriarum.[18]

[1] T.j. »*Laurentius*«. – [2] T.j. »*Andreas*«. – [3] U *b* redakciji: »*Petrus*«. – [4] T.j. »*Iohannes*«. – [5] T.j. »*Bonus*«. – [6] Šišić (Priručnik str. 317) misli da bi moglo biti: »*Andreas*«. – [7] Rački misli da je to kriva sigla umjesto M., jer je u to doba Madije bio opat samostana sv. Krševana. Šišić (Priručnik l.c.) popunjava u »*Gregorius*«. – [8] U *b* redakciji je pisar najprije htio napisati »*confluerent*« a zatim ispravio u »*confluerunt*«. – [9] U *b* rekaciji stoji »*concesserunt insulam Silue*«. – [10] Rački čita »*etiam*«. – [11] Rački ovako popunjava nejasni tekst: »*ut (uirgines monasterii)*... – [12] *B* redakcija ima »*que*«, što Rački ispravlja u »*quod*«. – [13] *B* redakcija ima »*formellam*«. – [14] Rački umeće »*(rapere)*«. – [15] U tekstu stoji »*ex tiplo*« s valovitim znakom kraćenja nad slovom »*i*«. Rački to čita »*ex templo*«, ali je mnogo vjerojatnije da treba čitati »*ex triplo*«. V. Novak čita: »*et timplo*«. – [16] Rački dodaje iza »*transmiserit*« »*(excipiantur)*«. – [17] Rački nepotrebno korigira tekst na ovaj način: *succlamatum quoque est (ab) omnibus:* »*placet*«. V. Novak: »... *omnibus: placet*«. – [18] Rački premješta formulu datiranja na početak dokumenta. Redakcija *b* koja završava na fol. 31v sa riječju »*placet*« ima formulu datiranja tek na foliju 35r.

165.

1095, 24. studenoga. U Zadru.

Drago, prior zadarski, daje samostanu sv. Krševana sve dohotke soli i ribolova koje su zadarski priori odavna imali u Vergadi (Lubrikati).

Perg. premazana taninom, ali je posve čitljiva. 175×300. Pismo: beneventana.

Na poleđini goticom: »De quadam donatione monasterio facta«, *i regest XVII st.*

Drž. arhiv u Zadru: Spisi samostana sv. Krševana kaps. I, m. A, br. 2.

Farlati: Illyr. sacr. V, 52. Cod. dipl. CSD I, 186. Rački: Doc. 134.

Iz isprave se razabire da je izdana »in die natalicii« *sv. Krševana, a to je 24. XI. Isprava je vjerojatno datirana po pizanskom računanju* (calculus Pisanus)*:godinom 1096., što po današnjem računanju znači 1095. Vidi o tome: Barada, Dvije naše vladarske isprave, Croatia sacra, 7, str. 60–61.*

✢ Anno, ex quo redemptor humani generis dominus Iesus Christus sacram carnem ex intemerata uirgine Maria recepit, millesimo XCVI habebatur, indictione IIII, epacta XXIII, concurrente VII, imperante Alexio magno imperatore, apud nos Iadera episcopante Andreas presul. Quia magis illud mortalibus prodesse conspicimus, qui in utilitatibus seruorum dei, prout competit, aliquid elaborare procurat, quam qui in mundanis rebus inutiliter insudare aliquo modo insistit, uerbi gratia, quia mundus transit et concupiscentia eius; et idcirco ego Dragus, Iaderensis prior, nepos scilicet Dragoni Magni[1] prioris, iam senex, in quinto anno tertii mei prioratus post plurima pericula et agones, que ab incolis nostris et diuersarum gentium feritate quassatus, sed adiuuante me larga dei misericordia adiutus[2] emulaui in bonis anticessorum (!) meorum actus ob salute animarum nostrarum preteritorum uidelicet insistentium et futurorum, consiliatus omnibus nobilibus nostris, flagitante domno Madio, abbate ęenobii sancti Chrisogoni martyris, cum confratribus suis, concessi eis omnia illa seruitia, quę antiquitus priores nostri in castro

Lubricata habuisse manifestum est, id est sal, quem incolę illius loci per unaquamque domum nouem modia colligentes omni anno et duas piscationes deseruiebant absque illa, quę nostro episcopio debentur.[3] Hanc quidem donationis paginam lecta est a domno Maio archidiacono post euangelium in die natalicii eiusdem martiris ad missam in presentia supradicti pontificis et eius clerus, quam audientes ab omni populo acclamatum est: fiat, fiat, fiat. Et post facto silentio ego dictus prior una cum proceribus nostrę urbis post signa corroborationis addidimus hęc: Si quis nostrorum hoc actum post rumpere temptauerit, deificam et huius sancti martyris et nostram habeat maledictionem. Iterum multotiens dictum est: fiat, fiat.

+ Signum manus Dragi prioris et eius filii. + Signum manus Candidi et filiorum eius. + Signum manus Uitazę, nuper prioris, et fratrum eius. + Designę iudicis et fratris eius. + Slauanę commerzarii et fratris eius. + Petrinnę, Andree filii, et filiorum eius. + Madii, Zallę filii, et nepotum eius. + Dodę et nepotum ac filiorum eius. Filiorum domni Pauli, et omnium procerum communi signo. +

+ Ego Gregorius episcopus hanc concessionem confirmo.[4]

[1] Atribut »*Magnus*« vjerojatno je nadimak priora Draga. – [2] Pisano iznad retka. – [3] Tekst koji slijedi je deskriptivne prirode i odnosi se na prvobitnu ispravu o darovanju, što se očito vidi iz teksta »*post signa corroborationis addidimus hec*«. Ta koroboracija slijedila bi iza »*quę nostro episcopio debentur*«. Prema tome nije jasno da li se gornji datum »*in die natalicii*« odnosi na prvobitnu ispravu, ali se s vjerojatnošću može pretpostavljati. – [4]Čitava ova rečenica ispisana je drugom rukom i blijeđim crnilom. Grgur je bio zadarski biskup 1101.–1111. (Vidi Brunelli: Storia della città di Zara, str. 328 i 337.).

166.

Oko 1095. U Zadru.

Zapis o mjerama koje je poduzeo opat samostana sv. Krševana protiv uzurpiranja samostanskog zemljišta na otoku Pašmanu.

Perg., dvolist istrgnut iz nekog kodeksa veličine 193×295. Na prvom listu nalazi se prijepis iz kraja XII. st. dokumenta g. 1166. (CD II str. 107.), a na drugom listu ovaj zapis pisan ranom gotičkom minuskulom. Na kraju jednog i drugog zapisa nalazi se po svoj prilici monogram notara PS, što bi moglo biti »Petrus«.

Drž. arh. u Zadru: Spisi samostana sv. Krševana kaps. II, br. 12.

Na poleđini pismom XVII st. bilješka, koja se odnosi na oba dokumenta: »De confinibus terrę Camanani et Puscamani«.

Cod. dipl. CSD I 187, Rački: Doc. br. 135. CD II 107. br. 101.[1]

Zapis datiramo prema ispravi od 24. XI 1095. u kojoj se spominju isti svjedoci. Rački ga datira: »Ad a. 1096«.

Pred samim tekstom je neko kasnijom goticom napisao: De insula Puscumani.

Tempore, quo Maius cenobio beati Grisogoni abbas erat, fuerunt quidam, qui ui nolebant (!)[2] de territoriis, que sunt in insula Pustimani, que dederat episcopus Prestantius cum fratre suo Maio beato G.,[3] partem sibi usurpare et iam ceperant ibi laborare. Predictus autem abbas hoc ut uidit, ualde contristatus est et consilio inito cum monacis suis quosdam nobiles uiros Iadretinos illuc secum uenire rogauit atque nauicula assensa[4] cum eis et cum monacis suis illuc peruenit, et ecce [eos qui iam][5] ceperant fines territorii sancti G. laborare [foreas eliminauit] nec [non cum decreto illorum] nobilium et conlaudatione eorum colonellas siue acce . . . [que fuerant ab inua]soribus immutata[6] uel destructa, [ubi prius steterant], erexerunt [et terminis] predicta territoria lustrauerunt: a mare [uersus boream usque ad locum tribus] uallibus, quod est in sumitate moncium usque ad mare ad locum, qui dicitur Pechiça, uersus austrum ab ecclesia sancti Michaelis usque ad montem, qui dicitur Gediniçhi,[7] usque ad mare et in sinistra terminos terras, montes et ualles; et nullus fuit, qui hoc decretum rumpere seu uiolare presumsisset (!). Nam nomina illorum, qui cum abbate fuerunt et hec statuerunt, hec sunt: Drago prior, Vitaça prior, Desinna iudex, Micha iudex, Cando, Bodinellus,[8] Cerneta, Slora[9] et alii multi. Cum abbate uero suo fuerunt monaci h[i]: Benedictus, presbiter et monacus, Gaudius, presbiter et monacus, et alii plures.

[1] Smičiklas je očito imao neki drugi predložak, jer u ovom nema traga notaru Antoniju Raduleo, koji je bio notar u Zadru 1701–1725. – [2] Po sadržaju moralo bi stajati: »*volebant*«. – [3] T.j. Grisogono. – [4] T. j. »*ascensa*«, kako Rački čita. – [5] Tekst u zaporkama je danas zbog taninskog premaza nečitljiv, pa ga donosimo prema čitanju Kukuljevića i Račkog. – [6] Rački čita »*immurati*«, ali to nema smisla. – [7] Rački čita »*Godinichi*«. – [8] Rački ispravlja u »*Budinellus*«. – [9] Rački ispravlja u »*Sloba*«.

167.

1097, mjeseca svibnja. U Trogiru.

Obećanje Trogirana mletačkom duždu.

Prijepis XVI stoljeća u Cod Trevisaneus, fol. 169. Isprava nije do kraja prepisana.

Archivio di Stato, Venezia.

Ljubić, Mon. spect. hist. Slav. mer., vol. I, 4. Cod. dipl. CSD I, 209. Rački. Doc. br. 139.

In nomine domini dei aeterni. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo nonagesimo septimo, mense madii, indictione quinta. Tragurii. Quoniam sub tantorum dominorum regimine nos degere atque sub eorundem euigilata cura atque assidua tutela nos persistere congruum atque tutissimum satis esse cognouimus, iccirco (!) nos Joannes, dei gratia Tragurensis episcopus, cum nostris successoribus vna cum Drago priore

et Petro Bela cum cunctis nostris cumciuibus[1] maioribus et minoribus cum nostris hęredibus promittibus vobis domino nostro Vitali Michaeli, duci Venetiae[2] et Dalmatię atque Croacię et imperiali prothoseuastori, ut ammodo sine vestro voluntario consensu . . . .[3]

[1] Rački: »*conciuibus*«. – [2] Pisano nad precrtanim i nečitljivim tekstom. – [3] Sa strane: »*Desunt reliqua*«.

168.

1097, mjeseca svibnja (?). U Splitu.

Grad Split obećaje mletačkom duždu da će mu u slučaju potrebe staviti na raspoloženje jednu saginu ili dvije galije.

Prijepis XVI stoljeća u Cod. Trevisaneus, fol. 169. Archivio di Stato, Venezia.

Tafel und Thomas: Urkunden zur älteren Handels- und Staatsgeschichte der Republik Venedig. I, 63. Ljubić, Mon. spect. hist. Slav. mer., vol. I, 3. Cod. dipl. CSD I 187. Rački: Doc. br. 138.

Budući da je trogirska isprava koja govori o istom predmetu datirana sa mjesecom svibnjom 1097. ova nedatirana isprava je nastala svakako također iste godine, a po svoj prilici i istog mjeseca.

Nad tekstom naslov: »Promissio facta domino Vitali primo Michaeli, duci Venetie, a Spalatinis«, *a sa strane:* »1097, ut puto.

Nos Spallatini priores, scilicet senior et iunior, cum cuncto populo, maioribus et minoribus, promittimus vobis, domino nostro Vitali Michaeli, glorioso duci Venetię atque Dalmatię[1] siue Chroacię et imperiali prothoseuastori, ut, cum venerit stolus vester Spalatum, nos preparare debeamus unam saginam uel duas galleas[2] alias ad veniendum vobiscum. Tantum tamen in prouidentia vestra sit, quas illarum vobiscum ducere velitis. Quod si hoc non obseruauerimus, tunc componere debeamus in camera vestri pallatii solidos romanatos mille, et haec promissionis cartula in sua firmitate permaneat.

Signum manus Petri senioris prioris, qui hoc rogauit fieri. Signum manus Doymi prioris, qui hoc rogauit fieri. Signum manus Andreę, qui hoc rogauit fieri. Signum manus Petri, qui hoc rogauit fieri. Signum manus Gaudii iudicis, qui hoc rogauit fieri. Signum manus Andreę, qui hoc rogauit fieri. Signum manus Petri, fratris prioris, qui hoc rogauit fieri. Signum manus Chirnechaę qui hoc rogauit fieri. Signum manus Pauli. Signum manus Prodani. Signum manus Draghi. Signum manus Luchari.

Ego Petrus subdiaconus rogatus a suprascriptis compleui et roboraui. Haec promissio facta est presentibus legatis vestris, dominis scilicet Badouario da Spinale et Faletro Stornato.

[1] Rački izostavlja »*atque Dalmatię*«. – [2] »*gallas*« sa znakom kraćenja preko oba slova »*l*«, što bi moglo biti i»*galleras*«. Rački čita »*gattas*« i ispravlja u »*galleas*«, ali veli da je »*gatta*« vrst broda.

169.

Oko 1097.

Brana poklanja samostanu sv. Petra u Selu zemlju Sekiricu.

Iura Sancti Petri de Gomai, p. 15–16. Pismo: karolina.
Arhiv kaptola u Splitu.
Farlati: Illyr. sacr. IV, 323. Carrara: Archivio capitolare di Spalato, p. 59. Cod. dipl. CSD I, 166. Rački: Doc. br. 140. V. Novak: Supetarski kartular, str. 222, br. 71.
Ovaj unesak Kukuljević datira 1030. godinom bez ikakva obrazloženja, dok Rački i V. Novak oko 1097. godine zbog trogirskog priora Draga i splitskog Dujma.

Memoratorium facio ego Brana una cum filiis meis, uidelicet Dragus, prior Tragurinus nec non Ulcina, de terris, quę sunt a Sekyriza suptus Stilbiza. Volumus et confirmamus, ut sit in monasterio sancti Petri, principis apostolorum, pro remedio animę nostrę meique uiri nec non filiorum. Quod si, quod absit, aliquis preter quod precepimus egerit, iratum habeat trinum et unum deum et nostram maledictionem consequatur. Hęc oblata sunt coram Duymo priore et Georgio Usdischa et omnes monachas sancti Benedicti.

170.

Krajem XI stoljeća. U Splitu.

Oporuka splitskog priora Petra.

Prijepis na papiru 220×230. Pismo: humanistika početka XVI. stoljeća.
Arhiv biskupskog sjemeništa u Splitu fasc. XVII (Benefizio di S. Gio. in Fonte).
M. Horvat u radnji: Oporuka splitskog priora Petra (Rad JAZU 283 str. 119.) donosi prijepis oporuke iz g. 1711., koji sadrži vrlo loš tekst, pa su i zaključci, osobito oni koji se odnose na datiranje, netačni. Prema diplomatičkoj analizi kao i prema podacima nekih drugih izvora oporuka pripada kraju XI stoljeća.
Isp. Stipišić J.: Oporuka priora Petra. Zbornik Historijskog instituta JAZU II, Zagreb 1959.
Na prvom listu sa lijeve strane se nalazi bilješka: Priuilegium Sancti Johannis de Fonte.

In nomine domini Iesu Christi. Amen. Magnum est prouisionis consilium suas ante ordinare ac dispensare facultatulas, quam metu mortis quis possit urgeri. Et ideo ego Petrus prior, dum me infirmitas ualida preocuparet, integro tamen consilio tractaui apud ⟨aput⟩ memetipsum diuidere facultatulas meas filiis meis. In primis uolo et iubeo, ut casa noua et alia casa, quam de parentibus meis habeo, sit filiis meis natis de Castricca; uinea de Calbariola, quam ego plantaui simulque et pastina in Barbarana, que emi de Mariano tribuno pro soldis V., et ibidem emi terram de Iohanne, filio Dude, pro soldis IIII simulque et uinee a Dommanora, omnia ista sint uxori mee C. et filiis meis et pastina in Pandniolo de Fundi supra mare simulque et uinee[1] et duo iuga bouum et agri, qui mihi de meis parentibus prouenerunt in quocumque loco, sint uxori et filiis meis. Volo et iubeo, ut sit in ecclesia beati Iohannis terra, ubi dicitur a Murciliano, quam emi a Ruculo pro soldis XV, et fasse IIII in Palude et terra, ubi dicitur ad Petram, et terra in Valentino, que est iuxta terram sancti Thome apostoli, sit in ipsa ecclesia sancti Iohannis. Volo et iubeo, ut de ecclesia sancti Iohannis in Braça curam habeatis ad mitendum in eam seruum dei, et omnis terra, que circa eam est in quantum potest gallus audiri, dum canit, quam emi pro libra auri, sit ipsius ecclesie et habeat paratineam, quam comparauit pater meus de Mariano Passara in loco iuxta turrem presbiteri Fusci. Et Gadatia, filia mea, simul cum matre sua, aulea ancila mea, fiant libere, et ipsi Gadatie sit medietas uinee in Calbarola. Volo et iubeo, ut ipsa casa noua sit uxori mee Castrice cum filiis suis et casa uetus, quam de parentibus meis habeo, hec omnia in eius derelinquo potestate, se[d] si aliqua, quod absit, de filiis meis deuenerint, quos habeo de C., ipsa casa noua, quam laboraui de fatigio meo, et alia casa uetus sint pro spiritu nostro in ecclesia beati Iohannis. Hec omnia, que supra scripta sunt, sint uxori et filiis meis, si ea alii uiro non nupserit, et si aliqua de ipsis infantibus deuenerint et ipsa poterit custodire caput meum, sedeat super omnes istas res et post obitum eius omnia sint pro redemptione animarum nostrarum. De familia uero serui scilicet et ancille, a maiore usque ad minorem, omnes sint liberi pro nostra redemptione. Hec omnia comitto Iohanni presbitero dispensare et Formino tribuno. Coniuro uos per deum uiuum et uerum, ut omnia ista, que hic scripta sunt, per manus uestras bene dispensetis, ut non teneamini pro me rationem reddere ante filium dei. Habeant filii mei benedictionem de rore celi et de pinguedine terre habundantiam et omnes istas res teneat uxor mea Castricca adunatas [in]simul usque dum ipsi infantes ad ordinem peruenire possint. Quicumque istud testamentum meum irritum facere temptauerit, iram omnipotentis incurrat et uinculo maledictionis CCC^torum^ XVIII patrum insolubiliter denotetur. Ego Andreas presbiter pridie Kalendas Aprilis hanc cartulam scripsi.[2]

[1] U tekstu precrtano od pisara »*a Domanora*«. – [2] Neposredno iza ovog teksta dodano je slijedeće: »*dedicatio huius ecclesie uicesimo quarto die mensis eiusdem*«, što bez sumnje ne pripada tekstu oporuke već nekom drugom tekstu kartulara koji su kasniji prepisivači iz neznanja povezali s oporukom.

171.

Krajem XI stoljeća.

U sporu oko nekog zemljišta (»a Saline usque ad uineam Tilsto Cosse«) između Tugarana i Petra Crnog neretljanski vladar Slavic zajedno s Petrom banom i Sarubom (»Slauizo rex et Petrus banus nec non Sarubba«) presuđuje u crkvi sv. Petra u Omišu u korist Petra Crnog.

Ova se presuda spominje u Supetarskom kartularu, p. 5–6 (br. 136). O datiranju v. br. 136, bilj. 5.

172.

Krajem XI stoljeća.

Inventar crkvenih knjiga i predmeta samostana sv. Benedikta u Splitu.

Rački (Doc. 143) veli da se originalna pergamena nalazi u Arhivu Jugoslavenske akademije u Zagrebu. Danas te isprave u spomenutom arhivu nema i nije poznato kada je nestala. Stoga donosimo tekst prema izdanju Račkoga.

Iz sadržaja ovog inventara nije moguće ustanoviti da se on zaista odnosi na samostan sv. Benedikta u Splitu. Isto tako nije moguće odrediti iz kojeg vremena potječe. Nije isključeno da je na poleđini pergamene postojala neka bilješka prema kojoj je Rački zaključio provenijenciju i vrijeme.

In primis I crux de libra et media, et alia crux de XXX pese de argenteo, et I calicem de due parti de libra, et I turabulum de I libra et VIIII pese, et I splaterium[1] de X rom(anatis), et I antiphonarium de VI rom(anatis), et III libri pasionali, et II libri de missa, et I manualum, et I librum euangelium de nocte et I librum de epistola Pauli, et II antiphonaria, I de die et I de nocte, et II libri de omelie et prophetarum, et breuiarium, et ymnarium, et oracionalium, et regula, et I planeta de dalmatino, et I planeta de dimito nigro, et I de zenda, et I crux de lignum domini, et II sauana de gata auti, et II sauana de zenda, et I sa(uana) de sirico, et II manipula de sirico.

[1] Rački ispravlja u »*psalterium*«.

173.

Krajem XI stoljeća (?)

Inventari knjiga, crkvenog posuđa i ruha crkve i samostana sv. Petra u Selu.

Iura Sancti Petri de Gomai, p. 27 i 29. Pismo (prvog uneska) beneventana. (drugog i trećeg uneska) gotica (različite ruke).

Arhiv kaptola u Splitu.

Carrara: Archivio capitolare, p. 67 i 68. Cod. dipl. CSD I, 189. Rački: Doc br. 142. V. Novak: Supetarski kartular, str. 230 i 231 (br. 99, 103, 104).

Kukuljević datira prvi unesak »oko 1100.«, Rački prva dva inventara »ad finem saec. XI.«, dok V. Novak smatra da su sva tri inventara nastala tokom XIII stoljeća (o.c, str. 133–136 i 138–139). – Pismo stvarno upućuje na XIII stoljeće, ali ipak nije isključeno da su to prijepisi nekih starijih inventara nastalih odmah poslije osnutka samostana. Nije nevjerojatno da je taj bogati samostan već na početku nabavio sav potrebni crkveni invetar.

Sva tri inventara donosimo zajedno zbog njihova sadržaja iako su pisana rukom trojice različitih pisara.

I

In nomine domini. Incipit nota librorum: in primis misalum, et duos tefenarios nocturnales et alios uernales, et uitas patrum, et tres omelias, et matutinalem, et pasionalem, et unum collectarium, et unum penitentialem, et unum ordo ad uisitandum infirmum et unum textus regule de generibus uel uita monachorum, et unum liminarium,[1] et unum librum pro mortuorum, et salterium, et lectionarium anni circulo, et alium psalterium, et ordo ad penitentiam dandas (!) et ordo ad monachum faciendum, et librum cum lectionibus dominicis et cum canticis monasticis, et orationalem de Pasca usque in sancti Martini, et alium ymnarium, et ordo de dominicis diebus siue cotidianis secundum ordinem sancti Benedicti, et psalterium cum litteris francigenis.

II

In primis I cruce de ramo, que fuit facta in Limoza, et duo pluuialis: unum est purpura et alter examitum, et due planete: una bergata et alia purpura et tertia de banbaco, et I dalmatica alba, et una stritta,[2] et III pannis[3] de sirico, et unum pannum inpintum, et III paratura de lino, et IIII curtine, et IIII nantirzalis, et V sauane,[4] et VII cuperturis de cruce, et II mapulele de seta, et XVIIII mapulele de lino, et II missalis, et I omelia de aduento et I omelia quadragesimalo, et I omelia post Parasceuen, et I omelia Gregorialis, et I vita patrum, et II antifonariis, et I mattinalo, et III psalteriis, et II imnis, et I canones, et I liber. Et est aput ecclesiam I matutinalum, et I imnus, et I manualum, et I orationalum, et I psalterius, et I regula, et I sermocinalis. Istis rebus damus tenere in manus Talmacius. Testes sunt: Petris et Falcus et presbiter Iuanus et clericus Bendictus (!).

III[5]

Et hec sunt uestimenta uius[6] ecclesie: in primis I^a^ alba cum frisio, et I planeta, et II camisia, et I nantirzal,[7] et I pari altaris de zandato, et I uergato.

[1] Pogrešno mjesto »*hymnarium*«. Ta pogreška prepisivača je sasvim razumljiva, ako se uzmu u obzir potezi slova »*h*« i »*li*«. V. o tome V. Gortan: Nekoliko napomena uz izdanje Supetarskog kartulara, Historijski zbornik 1956, br. 1–4, str. 221. – [2] Rački ispravlja u »*str(ia)ta*«, što bi značilo »*naborana*«, dok P. Skok (Supetarski kartular, str. 292) misli da se radi o pridjevu »*stricta*« = uska. – [3] U rukopisu je ova riječ dosta nejasno napisana i mogla bi se čitati »*funnis*«. – [4] V. Novak čita »*sauatia*«, Rački »*sabatia*« a ispravlja u »*sauana*«. Međutim u rukopisu stoji sasvim jasno »*sauane*«, što bi se moglo protumačiti kao vulgarizirani oblik od »*sabanum (savanum)*« = grubo *(laneno)* sukno (v. Georges: Lateinisch-deutsches Handwörterbuch 1918). – [5] Ovaj inventar Rački ne donosi. – [6] T. j. »*huius*«. – [7] V. Novak čita »*nautirzal*« iako jasno stoji »*nantirzal*«. U tom obliku ova riječ se javlja i u gornjem inventaru.

174.

1100, prije 1. rujna.

Dukljanski kralj Bodin poklanja benediktinskom samostanu na Lokrumu crkvu sv. Martina u Šumetu.

Ova isprava se nalazi u nekoliko prijepisa iz XVIII stoljeća koji se potpuno poklapaju, i to u zborniku »Zibaldone« Ivana Mattei u franjevačkoj biblioteci u Dubrovniku u trećem svesku, str. 209; u rukopisu Serafina Cerve »Sacra metropolis Ragusina«, str. 69, bilješka 27 (biblioteka dominikanskog samostana pod sign. 36–IV–14);[1] *u Bogišićevoj biblioteci u Cavtatu, ms 96 svezak P.*[2]

Šišić (Ljetopis papa Dukljanina str. 227–241) kao i Thallóczy-Jireček-Šufflay (Acta Albaniae I, 24) smatraju ovu ispravu falsifikatom. U istom djelu donosi Šišić na str. 196 tekst isprave. Tekst još donosi Cod. dipl. CSD I, 188 prema rukopisu »Cronaca antichissima« koji se tada nalazio u franjevačkoj biblioteci u Dubrovniku, ali ga danas više nema.

Osma indikcija svršava 1. rujna 1100. godine.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione domini millesimo centesimo, indictione octava. Testamentum hoc firmum stabileque factum a me dei gratia Bodino rege ex loco, qui vocatur Sanctus Martinus de Zonchetto, scilicet: Notum sit omnibus nos dedisse illum et cum omni possessione tam de terris, quam de vineis, que pertinent ad eundem locum, in monasterium sancti Benedicti, ita quidem, ut licitum habeant monachi perfruere illum et possidere perpetualiter absque contrarietate omnium nostrorum presentium et futurorum. Et si quis contumax haec nostra statuta depravare intuerit et aliquam molestiam vel vim ipsis monachis intulerit, iram omnipotentis dei et maledictionem omnium sanctorum incurrat. Et ego A.[3] abbas ex coenobio sanctorum martyrum Sergii et Bachi per iussionem domini regis scripsi in presentia dompni P.[4] archiepiscopi et aliorum nobilium.

[1] U jednom i drugom rukopisu tekst same isprave se nalazi zajedno s ostalim lokrumskim ispravama, koje se odnose na crkvu sv. Martina u Sumetu (Vidi: Šišić. Letopis popa Dukljanina str. 196–199), i to unutar slijedećeg notarskog instrumenta: »*In dei nomine eterni. Amen. Anno nativitatis domini MCCCLVIII indictione XI. die VIII mensis septembris. Ad instantiam et precationem ac rogationem venerabilis viri fratris Nicolai, dei et apostolice sedis gratia abbatis monasterii sancte Marie de Lacromna ordinis sancti Benedicti nigrorum Ragusinę dięcesis. Ego notarius cum altero notario et pręsentibus testibus infrascriptis recopiavi ac publicavi quoddam instrumentum scriptum manu domini abbatis cęnobii sanctorum martyrum Sergii et Bacchi infrascriptę donationis siue dotationis monasterii sancte Marię de Lacrumna antedicti. Cuius instrumenti tenor de uerbo ad uerbum nil addens uel minuens, prout est in matre, dignoscitur esse talis:*... (slijedi tekst isprava kralja Đure, kralja Bodina, suca Boleslava i suca Grde. Vidi kod Šišića l.c.). *Predicta uero instrumenta in predicta presenti charta contenta seriosius et de uerbo ad uerbum cum matribus earum ego notarius infrascriptus presentibus infrascriptis testibus examinaui et prouidi. Quorum testium nomina sunt hęc uidelicet: ser Stephano de Catich et Georgio quondam ser Stoislaui et ser Thaddeo quondam ser Lampredi omnibus ciuitatis Tragusii (!) notis, idoneis, rogatis et specialiter ad predictam examinationem uocatis. Que quidem examinatio facta fuit Ragusii in domo habitationis suprascripti ser Stephani Cathich.*« i

Post annos circiter CL hoc idem exemplar exscriptum fuit et in authenticam formam redactum, uti ex publica huiusmodi attestatione in eadem membrana descripta constat. (Ova je rečenica umetak jednog kasnijeg prepisivača).

»*Ego Bartholomeus de Sfondratis de Cremona, publicus inperiali auctoritate notarius et comunis Ragusii iuratus notarius et cancellarius secretus, suprascripta instrumenta fideliter extraxi et transtuli ex uero instrumento antiquo, quod erat in monasterio Lacromensi, rogatus per patres dicti monasterii eo, quia dictum instrumentum antiquum erat ob eius antiquitatem caducum et in dies tendebat ad caducitatem, nichil addens uel minuens, quod sensum uariet uel mutet intellectum. Quod pręsens extractum auscultaui diligenter cum dicto instrumento antiquo in presentia magnifici rectoris ser Stephani Marini de Zamagno sedentis pro tribunali et suam auctoritatem interponentis pariter et decretum, et quia utrunque concordare inueni, ideo de ipsius domini rectoris mandato me subscripsi tabellionatus mei signum consuetum de more nomini meo reponens.*«

Bartholomeus de Sfondratis iz Cremone bijaše notar u Dubrovniku 1449–1504. – [2] Ovaj svezak nosi naslov »*Ex archivio Lacromanensis monasterii in statu Ragusino existentis ibi loco secundo instrumenti nam primo vix legi potest.*« Tu se nalaze prijepisi istih isprava koje se odnose na crkvu sv. Martina u Šumetu u ovom redoslijedu: suca Grde, kralja Đure, kralja Bodina i suca Boleslava. – [3] Šišić nadopunja: *A[ndreas?].*« – [4] Šišić nadopunja *P[etri].*«

175.

Oko 1100.

Zakletva osorskog biskupa Vilima splitskom nadbiskupu Krescenciju.

Zapis u Splitskom evaidelistaru, fol. 143v. Pismo: beneventana. Pisano preko izbrisanog teksta.[1]

Arhiv splitskog kaptola.

Farlati: Illyr. sacr. III, 162, i V, 196.

Nadbiskup Krescencije prema Farlatiju (o.c. III, 60) vlada od 1099. do 1112., dok za osorskog biskupa Vilima isti pisac (o.c. V, 195. 196) smatra da je bio posvećen »ineunte saeculo duodecimo«.

Ego Guilelmus, Apsarensis episcopus, promitto fidelitatem et obędientiam ab hac hora in antea sęcundum ordinem meum ecclesię Spalatine et tibi, Crescenti, archiepiscopo nostro, tuisque successoribus canonice intrantibus. Sic deus me adiuuet et ista sancta quattuor euangelia.

[1] Isp. V. Novak: *Evangeliarium Spalatense*, Vjesnik za arh. i hist. dalm. 46 (I prilog), str. 80.

* * *

SUMMARIUM

INDEX PERSONARUM ET LOCORUM

A

Broj unutar zagrade označuje godinu datiranja dokumenta, dok broj izvan zagrade označuje stranicu na kojoj se nalazi pojedina natuknica.

Kratica *saec. in. ex.* znači *saeculo ineunte, exeunte.*

B

D

E

F

G

H

I Y

L

N

P

R

S

T

U V W

Y cf. I

Z

INDEX RERUM

a

b

d

e

f

g

h

i

l

n

o

p

q

r

s

t

u v w

y

z